

AELFREDUS
MAGNUS.
Ex antiquissima tabella in aedibus Magistri
Coll. Univ. Oxon.
Vertue sculp.

ANNALES
RERUM GESTARUM
ÆLFREDI
MAGNI,
AUCTORE
ASSERIO
MENEVENSI,
RECENSUIT
FRANCISCUS WISE, A. M.
COLL. TRIN. SOC.



M Burghers d et C

OXONII A. D. MDCCXXII.

Imprimatur,

ROB. SHIPPEN

VICE-CAN. OXON.

Aug. 18.
1722.

LECTORI S.

ETSI ante aliquot annos mecum reputarem, novam atque elegantiorem Afferii Menevenfis Editionem rerum Britannicarum ftudiofis haud injucundam fore, vix tamen illam adornandam in me fufceperam, utpote negotiorum aliorum mole pene diftrictus, nifi demum hortatore ac fuafore V. Cl. *Arthuro Charlett* S. T. P. Coll. Univ. Oxon. Magiftro, curam eam diutius fubterfugere nefas fuerit. Jam vero opere ad finem perducto, inftituti rationem, & fubfidia, quibus innixus hunc qualemcunque libellum in lucem profero, breviter exponere neceffe habui.

Primo omnes, quibus patebat aditus, Codd. Auctoris hujufce MSS. vel noftra vel amicorum opera confultavimus. Unum quidem, fed recentiorem, & apographum, ut videtur, Editionis Parkerianæ nobifcum perhumaniter communicavit Vir omni literatura præclarus *Rogerus Galeus* Armiger. Alium

recentem in [1] Bibl. S. Jacobi Regia ſervatum, inſpicere nondum mihi contigit. Extat alius adhuc in Bibl. C. C. C. apud Cantabrigienſes circiter ducentos abhinc & amplius annos exaratus, nec tamen aliud eſt niſi apographum MS. Cottoniani; hujus variantes lectiones, prelo ſudante, mecum communicavit Vir amiciſſimus *Th. Stephens* A.B. ejuſdem Collegii Socius. Codex autem eorum omnium, qui hodie extant, antiquiſſimus eſt [3] Cottonianus (de quo plura in pag. 136, 137.) hunc meam in gratiam evolvit, & ſpecimen Scripturæ dedit egregius amicus *Jacobus Hill* de Medio Templo.

Porro operi huic concinnando ferebant auxilium Libri aliqui impreſſi; ſpeciatim vero Florentius Vigornienſis, qui Aſſerium fere totum ſumpſit ſibi in Hiſtoriam, verbumque de verbo expreſſum extulit: id quod eo felicius evenit, quia exemplar ejus præſtantius fuiſſe videtur, quam Parkerianum, Camdenianum aut Cottonianum.

Hac ope fultus Auctorem quanta po-

---

1 *No.* 577. 2 *Miſcel. Q. p.* 325. 3 *OTHO A. XII.*

tui

tui diligentia elimatum atque perpolitum in lucem mitto. Interdum mea niti conjectura necesse erat (quæ enim absurda & omnino dissentanea videbantur, nolui ut intacta manerent) fateor tamen paucos adhuc locos superesse, quibus emendandis aut explicandis haud suffeci, ideoque acriori Lectoris judicio submisi.

Quod autem ornatius hoc volumen prodeat & perfectius; ut aliis nonnullis, ita præcipue amico colendissimo *Jos. Bowles* A. M. Coll. Oriel. Socio & Bibl. Bodl. Præfecto maximæ grates referendæ sunt. Pauca de Vita & Scriptis Auctoris præposui; in quibus congerendis me V. Doctiss. *Thomæ Tannero* S. T. P. Eccl. Cath. Norvicensis Cancellario devinctissimum gratus agnosco. Epistolam Fulconis Rhemorum Archiepiscopi mihi benigne impertivit V. R. *Thomas Ford* A. M. Eccl. de Banwell in agro Somersetensi Vicarius, & Eccl. Wellensis Præbendarius, qui illam (in fine vetusti MS. Evangelii scriptam, atque in latrinam tantum non detrusam) ab interitu peropportune vindicavit. Hanc nun-

nunquam vidit [1] Flodoardus, utcunque alias in ſcriptis Fulconis recenſendis diligens inquiſitor.

Fruſtra autem novam Aſſerii editionem conſtruerem, niſi priorum (viz. Parkerianæ & Camdenianæ) diſcrepantiam notaverim; ideoque inſerui Apologiam Aſſerii Camdeniani; neceſſariam, fateor, Operis partem, ſed nobis minus gratam: nec enim cordi eſt, (quicquid ſecus nonnulli ſenſerint) quibuſvis, nedum literariis, jurgiis intereſſe. Quandoquidem vero id poſtulaverint res noſtræ; credant, rogo, Lectores cauſæ, quæ æquior viſa fuit, memet adhæſiſſe, & ad iſtas partes, quas injurioſius tractarunt adverſarii, non penitus invitum adjunctum fuiſſe.

Tandem, ut Lectorum animos oblectarem, & ab elegantia non prorſus abhorrere rem Antiquariam oſtenderem, nonnullis paginis icones inſerui manu peritiſſimi artificis *Geor. Vertue* cælatas. Cætera quæ adduntur, proxima pagina monſtrabit. Vale.

E Bibl. Bodl.
Aug. 18. 1722.

---

1 *Hiſtoria Eccleſiæ Rhemenſis Lib.* 3. *Cap.* 5.

ANNALES
RERUM GESTARUM
ÆLFREDI
MAGNI,

QUIBUS ACCEDUNT

I. Archiepiſcopi Parkeri Præfatio ad Aſſerium.
II. De Vita & Scriptis Aſſerii.
III. Teſtamentum Regis Ælfredi.
IV. Præfatio Regis Ælfredi ad D. Gregorii Paſtorale.
V. Chronologia Vitæ R. Ælfredi.
VI. Teſtimonia de R. Ælfredo.
VII. Epiſtola Archiepiſcopi Fulconis ad R. Ælfredum.
VIII. Apologia Aſſerii Camdeniani.
IX. Addenda & Emendanda.
X. Index locorum qui in hoc libro memorantur.

OXONII,
A. D. MDCCXXII.

Bale's Pref. to Leland's New year's gift.

As ye find a notable antyquyte, such as are the Hystoryes of Gildas and Nennius amonge the Brytaynes, Stephanides and Asserius among the Englyshe Saxons lete them anon be imprented, and so brynge them into a nombre of Coppyes both to their and your owne perpetual fame.



PRÆFATIO.

AElfredi regis amplissimi (qui olim toti fere Britanniæ præfuit) historiam, tibi (humanissime lector) exhibemus: a Johanne Assero Antistite Shyreburnensi (qui illi quondam a sacris fuit) Latinis literis luculenter expressam. Quæ quidem historia non mediocrem menti tuæ voluptatem infundet, neque minorem adferet cum vo-

voluptate utilitatem, ſi in præclariſſimarum rerum contemplatione defixus, te ad earum imitationem, & quaſi imaginem totum effinxeris. Etenim quæ delectatio major quam clarorum virorum ſtudia, res geſtas, mores, vitas denique, ortus, obitus, (tanquam tabulas bene pictas) quotidie intueri? Quis fructus uberior quam qui ex iſtiuſmodi rerum perenni lectione percipitur? Et quanquam non ſint hæc omnibus artium coloribus illuſtrata, atque poſita, neque eleganti verborum concinnitate diſtincta, tamen & Latine loquitur, & ſignificanter, & (ut priſcis illis temporibus) non omnino inculte, tantumque ſibi fortaſſis adhibuit ornamenti, quantum in exponenda decuit. Nam elaboratam exquiſitius orationem, nimiaque excultam induſtria, prudentium aures non modo in vul-

gari ſermonis conſuetudine, verum in hiſtoria quoque reſpuere conſueverunt. Latina autem cum ſint, Saxonicis literis excudi curavimus, maxime ob venerandam ipſius archetypi antiquitatem, ipſo adhuc (ut opinio fert mea) Ælfredo ſuperſtite, iiſdem literarum formulis deſcriptam. Augent conjecturam Paſtoralia, quæ ab ipſo prudentiſſimo rege ex ſermone Romano in Saxonicum converſa fuerunt, atque illius imperio per quaſdam Britanniæ Eccleſias ſparſa. Quorum vetuſta quædam exemplaria, eodem etiam tempore deſcripta, hodie extant ſimilibus depicta characteribus. Atque hæc omnia (lector erudite) tuam ob cauſam divulgamus, nimirum, ut tibi jucunditati ſint & emolumento. Etenim cum videas regem ſummo ſplendore, & tanta (quantam illa perraro vi-

 dit

dit ætas) dignitate regem, qui non pacis ſolum laudibus floruerit, ſed belli quoque gloria circumfluxerit, omnem curam, induſtriam, cogitationes denique omnes, in diſciplinarum ſtudium conſumpſiſse: adeo ut horam fere nullam effluere ſibi paſſus ſit, quam non in literis, & cum virtute traduxerit, quo te lector animo eſſe oportebit? quam in bonarum artium ſtudia flagranti ſemper, & incenſo? Neque ſolum doctrinæ & cognitionis deſyderio ipſe mirifice afficiebatur, adeo ut omnes conatus ad eam illuſtrandam converterit, ſed exemplo ſuo alios item ad excellentem omnium artium honeſtarum cupiditatem incitavit & illexit, doctoſque ex omnibus locis viros aſcivit, quorum præceptis inſtitutiſque nobilium liberi, in Aula ſua, una cum regiis filiis, ad humanitatem, & præclariſſimarum

rissimarum artium scientiam quotidie informarentur. Quod eo mirabilius videri debet, quandoquidem maximis in rebus longeque diversis, sese per omnem pene ætatem laboriosissime exercuerit, duasque res specie dispares, admirabili prudentia conjunxerit. Quid enim tam distans quam pax a bello? Quis tamen unquam illo aut pacis amantior est habitus, aut belli laude illustrior? Quid tam difficile, quam & regni fines contra barbararum gentium immanitatem assidue tueri: & doctrinæ ac literarum terminos quotidie proferre? Utrumque sane rex nobilissimus consecutus est, ut & Danorum copias pepetuo in Britanniam influentes virtute bellica represserit, & in maximis semper occupationum fluctibus, liberalium disciplinarum studia nunquam intermiserit. Cujus industriæ

ſtriæ teſtimonia extant ſane permulta, apud viros & judicii & antiquitatis autoritate inſignes. Etenim in hiſtoria Elienſi, lib. 2. ſic ſcribitur: Aluredus acerrimi ingenii princeps, per Grimbaldum, & Johannem doctiſſ. Monachos tantum inſtructus eſt, ut in brevi librorum omnium notitiam habuerit, totumque novum & vetus Teſtamentum in eulogiam Anglicæ gentis tranſmutaverit. *Accedit huc quod a viceſimo ætatis anno, ad quadrageſimum quintum, diuturno morbo afflictus, importunoque elanguerit: qui quidem non tam corporis vires plerumque debilitat, quam mentis vim infringit & imminuit. Adde inſuper, quod ea tempeſtate rex optimus vixerit, cum priorum annorum miſeranda perverſitas, toti pene terrarum orbi inſcitiæ, ſuperſtitionis,*

&

& perfidiæ tenebras offudisset: unde evenit, ut pietati, temporis improbitas, doctrinæ vero communis illa bonarum artium lues nonnihil obstiterit. Quo magis lætari nos convenit, & immortales Deo Optimo Maximo gratias habere, qui hoc tanto cognitionis & scientiæ lumine (quibus superioris ævi infœlicitas obstruxit) divina nunc benignitate circumfundimur. Jam vero quanta ignorationis nox, & tempestas ætatem illam obscuraverit: quo animo, quamque ad virtutem ardenti & incenso pius rex flagraverit, quemadmodum se eruditorum hominum quotidiana consuetudine devinxerit, quos denique illis honores, quantaque virtutum præmia contribuerit: harum rerum omnium exempla, tum liber iste, tum Pastorali (cum explicatione ejusdem) præfixa præfatio copiosissime sup-

ſuppeditabit. Sin autem quis requirit, quamobrem cum iſthæc Latinis literis memoriæ mandentur, eadem tamen nos Saxonicis typis pervulgari fecerimus, nihil eſt, quod expedire tam facile poſſimus. Etenim cum ipſa nos primi exemplaris (ut antea dixi) antiquitas, debita quadam veneratione perfudit: tum magni ad fidem & authoritatem intereſſe putabamus, ſi quæ priſcis notis verbiſque conſcripta, exſignataque ad manus noſtras perveniſſent, eadem nos iiſdem literarum formulis imprimeremus. Eoque me minus inſtituti mei pœnitet, quod facile ſentio, hanc meam cogitationem, tibi (amice lector) nec inutilem, neque injucundam futuram. Primum enim, ubi hujus te libelli lectioni paululum aſſuefeceris, literarumque priſcarum gnarus jam extiteris, licebit a Latinis ad Saxo-

nica

nica ſtudium convertere, quorum ex ſcriptis (mihi crede) non mediocrem voluptatem adipiſcere: & in veteribus monumentis perſcrutandis incredibilem cum voluptate utilitatem conjunges. Præterea operæ pretium erit patrium hunc noſtrum (quo hodie utimur) ſermonem, cum illo obſoleto jam pene & extincto conferre; & conferendo quam ſint inter ſe ſimiles, & pene eædem, animadvertere. Quam potiſſimum ob cauſam, quatuor Evangelia eadem lingua, atque iiſdem literarum formulis excudi curavimus, & quo facilius ejus cognitionem intelligentiamque comprehenderes, Anglica cum Saxonicis in margine conjunximus, talibuſque notis atque figurarum ſignis diſtinximus, ut perfacile inter ſe diverſarum linguarum ſententiæ comparari queant.

Accedit huc etiam, quod cum Hyber-

 nici,

nici, libros aliquot antiquiſſimos, ſermone vernaculo conſcriptos reliquerint, eoſque Saxonicis characteribus exſignaverint (quanquam verborum ſenſum, atque pronuntiandi morem nativum obtinent, atque domeſticum, tamen quandoquidem in vocibus deſcribendis etiam hiſce diebus Saxonicis utuntur typis ac formulis) ex horum characterum notitia & intellectu, aditus certe patebit aliquis ad ejus quoque linguæ ſcientiam iis, qui in regionibus illis legationis aliquod munus obierint, aut alio quovis modo ejus Inſulæ negotiis implicabuntur. Jam vero cum Dayus Typographus primus (& omnium certe quod ſciam ſolus) has formulas æri inciderit: facile, quæ Saxonicis literis perſcripta ſunt, iiſdem typis divulgabuntur. Quorum ſane lectio & veteris tibi linguæ, ac quondam domeſticæ

memo-

riam renovabit, & haud parvam ſuppeditabit abſtruſæ cognitionis ſupellectilem. Facile autem erit vocum vim, & verborum varietatem percipere, præſertim cum tanta ſit hujus noſtræ (qua nunc utimur) linguæ & illius veteris ſimilitudo. Pronunciatio obſcurior fortaſſis & impeditior aliquantulum videbitur, quam ut abſolute percipi queat. Neque mirum: quandoquidem quotidianus ejus ſermonis uſus jam penitus evanuerit, & Saxones qui hodie in Germania ſunt, illum priſtinum pronuntiandi morem longo intervallo temporis amiſerint. Veruntamen non exactam nos ejus ſermonis (qui jam fere totus obſolevit) notitiam, nec ſollicitam nimis in verbis excutiendis induſtriam, requirimus: tantum operæ in ejus ſtudio ponatur, quantum erit ad intelligendum ſatis. Quod

 qui

qui fecerit, utilitatem exinde duplicem consequetur. Nam cum & veteres Britanni, & post hos Saxones (qui Britannorum vocabulis aut funditus deletis, aut ad arbitrium suum immutatis, nova cunctis pene locis nomina indiderunt) semper aut alicujus celebris facti memoriam, aut rei naturam locorum appellationibus exprimere consueverint (ut omittam utilitatem) quanta hujus linguæ studioso voluptas erit (& ut perjucunda, ita non multi sane laboris) scire, omnium civitatum, urbium, montium, sylvarum, fluminum, & viarum nomina, & hæc universa unde deriventur, & quo quidque quasi è fonte profluxerit, intelligere. Quibus de rebus si qua forte quis degustare concupiverit, Gulielmi Lamberdi (viri sane eruditi, & in hospitio Lincolniensi, inter legum consultos, domestici

stici

ſtici juris peritiſſimi) præfationem perlegat & expendat, quam libro de veteribus Saxonum legibus præfixit, quas nuper Latinis literis eleganter expreſſit. Ibi etenim nonnulla de inſtituti ſui ratione atque conſilio prudenter præfatus, demum (ut eſt in iſtiuſmodi rebus perſcrutandis ſagaci certe ingenio & peracri) quorundam verborum vim ac naturas ſubtiliter perſecutus eſt. Quo in libro ſi ſe ſtudioſius exercuerint ii, qui aut hujus linguæ notitiam, aut vetuſtarum legum (quas reges antiqui ſanxerunt) ſcientiam habere deſyderant, ſapienter meo judicio facient, & inde non mediocre ſibi ad eas quoque res percipiendas inſtrumentum, facultatemque comparabunt. Quinetiam quoniam diplomata multa, & vetuſtioris ætatis monumenta, tum regiæ, quæ in archivis cuſtodiuntur

chartæ,

chartæ, tam ante, quam post Normannorum in Angliam adventum, adhuc extant, quæ Saxonicis & verbis, & literis comprehenduntur, omnes qui in regni institutis addiscendis elaboraverint cohortabor, ut exiguo labore, seu pene nullo hujus sibi linguæ cognitionem acquirant. Quod si facere voluerint, multa proculdubio quotidie eruent, & elicient, quæ abdita jam jacent, & abstrusa, & plurimarum rerum involutas penitus naturas, & implicitas, nullo negotio expedient. Quem in finem superioribus sæculis a majoribus nostris monialium quædam Collegia instituta sunt, in quibus essent, quæ & hujus linguæ scientia imbuerentur, & eandem (cum aliis communicando) ad posteros transmitterent. Quod quidem in Cœnobio monialium Tavestokensi in comitatu Devoniæ,

&

*& multis aliis conventiculis (nostra memoria) receptum fuit, credo, ne ejus sermonis peritia, ob linguæ insolentiam penitus obsolesceret. Quod autem ad historiæ fidem attinet (lector humanissime) hoc te scire volo, eam me semper rationem secutum, in omnibus iis libris, quos divulgavi, nihil ut de meo adjecerim, aut diminuerim, sed cuncta prout in primis exemplaribus reperiuntur ad verbum expresserim. Alioquin si quid forsan de meo attulissem, aut vetustatis veluti rugas ac nævos delere omnes voluissem, metuendum mihi sane foret (ne quod Salustio suo scribit * Cornelius Nepos) non tam illorum qui illas conscripserunt historiæ, quam meæ videri possent. Indicio erunt ipsa prima exemplaria, quæ idcirco Cantebrigiæ, in bibliotheca col-*

* Corn. Nepos ad Sal. in bello Tro.

legii

legii Corporis Christi, ad sempiternum hujus rei testimonium extare voluimus. Ubi si quis cum codicibus manuscriptis, impressos comparare voluerit, enimvero nihil nos aut detraxisse, aut addidisse inveniet, sed summam ubique fidem & religionem præstitisse. Quapropter si quid emolumenti ex hujus historiæ lectione sive alicujus alterius jam per me evulgatæ ad te (humanissime lector) redundaverit, lætabimur: & nos instituti ac voluntatis nostræ (quandoquidem id solum concupivimus) fructus amplissimos consecutos existimabimus. Vale.

TYPOGRAPHUS [CAMDENIANUS] BENEVOLO LECTORI

S. P.

HIſtoria de Ælfredo Angloſaxonum rege per Aſſerum deſcripta, typis equidem Saxonicis antehac impreſſa fuit. Impreſſionis illius mentionem facit (ut vides) præfatio proxime præcedens. Ad me vero quod attinet, quandoquidem typis illis Saxonicis deſtitutus fui, eoſque ad tractatum adeo brevem fundi curare operæ precium non fore mihi perſuaſum habui: ideo typos communes & uſitatos ad illum excudendum adhiberi volui. Veruntamen, ne putares incommodum quoddam ex ea re ad te redundaturum, volui, ut alphabetum Saxonicum hic adjungeretur: ut, quæ differentia inter orthographiam Saxonum illorum veterum & populorum aliorum eſſet, cum voluptate quadam & delectatione perſpicere poſſes. Hac de re admonendum te eſſe putavi. Vale.

Alphabetum Saxonicum.

A	a	a				
B	b	b				
C	c	c				
D	ꝺ	d				
E	e	e				
F	ꝼ	f				
G	ᵹ	g		Ð ð	th	*Proprie reor pronuncianda ut* Θ *in* Θεος *&* th *in* thing.
H	h	h				
I	ı	i		þ	th	*tanquam* th *in* that *vel*
K	k	k				this, *sed confunduntur hi*
L	l	l				*characteres à scriptoribus* [*Cl. Spelmannus.*]
M	m	m		ꝥ	that	
N	n	n		⁊	and	
O	o	o				
P	p	p		·	,	*Comma.*
Q	q	q		:	:	*Colon.*
R	ꞃ	r		;	.	*Periodus.*
S	ꞅ	ſ				
T	ꞇ	t				
V	u	u				
Ƿ	ƿ	w				
X	x	x				
Y	ẏ	y				
Z	z	z				

DE VITA & SCRIPTIS ASSERII.

I. ASSER qui & [1] Asserio & [2] Asker dicitur, nonnunquam etiam [3] Joannes Asser (etsi quonam in loco natus fuerit haud liquido constat) ex stirpe veterum Britannorum oriundus, ad [4] Fanum S. Davidis in Demetarum regione prima bonarum artium rudimenta [5] libavit.

II. [6] Lelandus olim *arbitratus est* Asserium nostrum ductu atque auspicio alterius Asserii, Me-

1 *Guil. Malmesbur. de gestis Regum Angl. Lib. II. p.* 44, 45. *Leland. in Vita Asserii. Parker Præf. ad Asser. Camden in Edit. Asser.* 2 *Ingulf. Hist. p.* 28. *Ed Ox.*1684. 3 *Baleus in Vita Asserii. Pitseus in Vita Asserii. Vossius de Historicis. Gale in XV. Scriptor.* Sed absurde hoc se habet, constat enim nostrates non esse binomines ante invasionem Normannicam. *Vid. Camdeni reliq. Cl. Walkeri notas ad Spelmanni Vitam Ælfredi. pag.* 141. 4 *Asser Annal. p.* 47. 5 In schola Joannis Erigenæ (quem etiam Britannum stirpe vult) institutum narrat Baleus *pag.* 124, 125. Persuasum autem habet doctissimus Tannerus omnes ejus ætatis illustriores homines, qui *Joannis* nomine insigniebantur, diversis vero cognomentis (viz. *Mailrosius, Scotus, & Patricius*) distingui videntur, unum revera eundemque virum eruditum fuisse, quem in Angliam accersivit R. Ælfredus, & Abbatem Athelneiensem constituit: nemini certe penitius is erat notus, quam coætaneo suo Asserio, qui eum de *Antiquorum Saxonum* [Ealdsaxonum] i.e. Germanorum *genere* oriundum testatur; (*pag.*61.) verum in universam gentem Saxonicam, tanto iis temporibus flagrabant odio Cambrobritones, ut omnino incredibile videatur, eum aliquando Meneviæ præceptoris munus exercuisse. 6 *De Scriptoribus in Asserio.*

 nevensis

nevensis Archipræsulis (qui & affinis ipsius erat) institutum fuisse; unde [1] Baleus pro suo more oscitans, illum Ecclesiæ Menevensis Cancellarium nuncupat, [2] alius Scribam, [3] alius Archiepiscopi Amanuensem, omnes profecto Balei opinione in errorem rapti, & à veritate pariter abducti.

III. Quæcunque enim narrant Lelandus & recentiores de Asserio auctoris nostri sive affine sive [4] avunculo, proculdubio referenda sunt ad Novis sive Nobis Archiepiscopum, quem Auctor ipse [5] *Propinquum* appellat.

IV. Verisimillimum videtur eum affini suo in Archiepiscopalem Cathedram demum successisse, licet ipse quidem in hunc honorem se ascendisse nusquam diserte verba facit; (id quod neutiquam admirandum; quoniam de Episcopatu Shirburnensi quem postea adeptus erat, nihil diserte memorat) illud autem obiter indicare atque innuere videtur hisce verbis, [6] *Sperabant enim nostri minores tribulationes & injurias ex parte Hemeid regis sustinere (qui sæpe deprædabatur illud monasterium & parochiam sancti Degui, aliquando expulsione illorum ANTISTITUM, qui in eo præessent, sicut & Novis Archiepiscopum propinquum meum & ME expulit aliquando sub ipsis) si EGO ad notitiam & amicitiam illius regis qualicunque pacto pervenirem:* & paulo post inquit, Regem illi auctorem esse ut [7] *relinqueret omnia quæ possidebat in sinistrali & occidentali Sabrinæ parte*; iste autem fluvius olim

1 *De Asserio. pag.* 125. 2 *Pitseus de Script. p.*1171. 3 *Godwin. de Præsulibus Anglic. p.* 384. 4 *Vid. Powel. Chron. Britann. p.* 44. 5 *Annal. p.* 49. 6 *Ibid.* 7 *Ibid. p.* 47.

deter-

determinabat antiquam iſtam provinciam Meneveníem.

V. Scio nonnullos eruditos habuiſſe opinionem, [1] *Unum tantum fuiſſe Aſſerium, illumque Epiſcopum Shireburnenſem; Aßerium vero Menevenſem fictum plane & commentitium habendum eſse, quem ſcilicet Monachorum quidam literarum rudes, quo majori honore eccleſia ipſorum afficeretur, non ſolum Meneviæ, verum etiam totius Britanniæ Epiſcopum conſtituere in animo voluerunt: quod quidem tam veritati Chronologicæ quam rebus geſtis penitus adverſatur.* Quidni autem ab illorum ſententia paulum diſcrepare fas eſſet; cum [2] Giraldus Cambrenſis, vir minime fucatæ fidei, nec mediocris (pro iſtius ætatis ratione) doctrinæ, *Novis*, *Etwal*, ASSERIUM recte atque ordine memoraverit in Catalogo Archiepiſcoporum Menevenſium: cui adſtipulantur [3] Annales Menevenſes, excepto quod in iis nomen *Etwal* omittatur; adhæc vetuſtiſſimus [4] Catalogus MS. Cottonianus *Aßerium* agnoſcit Archiepiſcopum Menevenſem.

VI. Circa hoc tempus id egit Rex inclytiſſimus Ælfredus, ut literaturam in Anglia ſopitam excitaret; adeoque ſibi quaquaverſum accerſiri juſſit homines eruditionis laude florentes, quibus haud ultimus adnumerandus eſt Aſſerius; quem etiam præ cæteris à rege in Galliam delegatum [5] nonnulli ferunt, & in Saxoniam tandem reducem ſecum advexiſſe magnum illud ſui

---

1 *Vid. Tyrrel. Hiſt. Angl. Præf. p.* 13. 2 *Itinerar. Cambriæ Lib* 2. *cap.* 1. 3 Edidit Cl. Wharton. *Ang. Sacra Vol.* 2. *p.* 648. 4 Claudius B.VII. Notitiam hujus MS. mecum communicavit Cl. Tanner. 5 *Leland. ex vita Grimbaldi per Gotcelinum Monachum Cantuarienſem. Coll. Vol.* 1. *p.* 18.

ſæculi

ſæculi decus & ornamentum D. Grimbaldum.

VII. Hoſpitium non modo verum etiam domeſticum uſum & conſuetudinem cum Ælfredo ſibi fuiſſe, modeſte [1] narrat Aſſerius; & ſæpius [2] ſuggerit ſibi traditas eſſe partes animum regis in bonis artibus informandi; nullibi vero meminit, Magiſtri vel Præceptoris officium ſe confeciſſe in Schola ab Ælfredo tum nuperrime fundata; quamobrem illum inter Prælectores Oxonienſes nollem adnumerare, refragantibus etiam [3] Annalibus Wintonienſibus.

VIII. Statim poſt adventum in Saxoniam, Cœnobiorum, eo tempore ditiſſimorum, Ambreſburienſis in agro Wiltonienſi, necnon [4] Banwellenſis in agro Somerſetenſi, nec multo poſt, ut creditur, Exonienſis præfectura à rege inſignitum eum fuiſſe, ex ipſius ore [5] diſcimus; tandemque inter annos [6] 872 & 885 in Epiſcopatum Shirburnenſem evectum, (quod ipſe [7] obſcure innuiſſe putatur) vix eſt ut dubitemus.

IX. Hic ſi quis regereret, abſimile omnino eſſe, virum Archiepiſcopali infula inſignitum atque in Eccleſiis Britannicis primas agentem authoritatem ſuam lubenter imminuere voluiſſe, & dignitatem minus honeſtam ſuſcipere; næ ille ſecum reputet honores (prout res, occaſio, locus

---

1 *Annal. pag.* 55 *&c.* 2 *Ibid.* 3 *Harpsfield Hiſt. Eccl. pag.* 161. 4 Similitudine vocum **Banwell** & **Bangor** deceptus Ingulfus, illum inter Abbates Bannochorenſes recenſuit. *Ingulf. p.* 28. 5 *Annal. p.* 50, 51. 6 Werefrithus Epiſcopus Vigornienſis qui cum Aſſerio recenſetur in Ælfredi teſtamento (*p.* 78) conſecratus eſt A. D. 872 *Vid. Flor. Vigorn.* Eſnus ſive Eſna Epiſcopus Herefordenſis, qui ibidem numeratur, diem obiit circiter A. D. 885. *vid. Godwin. de Præſul. Angl. p.* 526. 7 Dedit mihi Exanceaſtre, cum omni *Parochia* quæ ad ſe pertinebat in Saxonia & in Cornubia. *Annal. p.* 51. *vid. Cl. Smith Append. ad Bed. p.* 737.

poſtulat)

poſtulat) quam longe inter ſe diverſos eſſe ac ſejunctos. Neminem enim latet, eo tempore ſedem Meneveniem continuis fere periculis [1] objectatam fuiſſe, & ab Hemeyd tyranno ferociſſimo (Eccleſiæ communione [2] forſitan privato) ſæpius direptam. Unde conjicerem Aſſerium non ſine maxima voluptate Shirburnam commigraſſe, non tantum propter longam iſtius Epiſcopatus opulentiam, ſed etiam arctiorem cum Ælfredo amicitiam, conſuetudinem, vicinitatem. Porro cum in ſupra memorato [3] Catalogo Cottoniano Aſſerius inter Præſules Meneveniſes, idemque poſtea diſertis verbis inter Shirburnenſes numeretur, nulla mihi relicta videtur anſa dubitandi, quin Aſſerius noſter primum fuit Menevenſis deinde Shirburnenſis Epiſcopus.

X. Sunt [4] qui contendunt, Aſſerium Epiſcopum Shirburnenſem diverſum eſſe ab autore noſtro, quoniam [5] Matthæus Weſtmonaſterienſis, & [6] Florentius Vigornienſis, ſcriptores plerumque veri & fideles, quibuſcum conſentire videtur [7] Guil. Malmesburienſis, aliique qui ex his partim exſcripſerunt hiſtorias ſuas, eum anno 883 mortem obiiſſe referunt; ni vero duos fuiſſe Aſſerios & utrumque Epiſcopum Shirburnenſem (id quod nemo unquam dixit) concedimus; neceſſe eſt, ut Hiſtoricos hac ſaltem in parte erraſſe fateamur. Quum enim Aſſerius noſter arctiſſima regis amicitia ſe uſum fuiſſe ſemel iterumque

1 *Aſſer. Annal. p.* 49. 2 Frequentes ſub hoc tempus apud Britones celebrabantur ſynodi, ad ſcelera Principum fulmine eccleſiaſtico coercenda. *vid. Spelman. Concilia Vol.* 1. *p.* 381. 3 Claudius B. VII. 4 *Walker not. ad Spelm. Vitam Ælſredi p.* 246. *Hearne not. ad Spelm. Vitam Ælſ. Anglice ſcriptam p.* 136. *Uſſerius Ind. Chronol. A°.* 906. 5 *A°.* 883. 6 *Ibid.* 7 *De geſtis Pont. p.* 247.

memo-

[1] memoravit, atque hic illic nonnulla ad Shirburnam pertinentia [2] retulit; nemo prout credo dubitabit, Authorem Annalium, (quem ipsi [3] Annales testantur decem posthæc annos superasse) eundem esse omnino Asserium quem in [4] Præfatione ad D. Gregorii Pastorale Minum Bisceop vocat Ælfredus, & in Testamento suo [5] Episcopum Shirburnensem.

XI. Hac quidem dignitate gravis ævo (uti fas est credere) potitus est: atque [6] A. D. 893, scilicet anno quadragesimo quinto R. Ælfredi, hoc opus regiæ majestati dicatum scripsit. Quam vero ob causam illud imperfectum reliquerit, neque ad extremum Regis tempus deduxerit, haud certus scio.

XII. Tempus in quo occubuit, varie præscripserunt authores; [7] nonnulli, prout observavimus, illud A. D. 883 constituerunt; [8] alii A. D. 906. Verum credibilius videtur illum usque ad A. D. 909 vitam produxisse, id quod indicat Cl. Galei [9] Pseudo-Asserius firmatum insuper auctoritate [10] Annalium Menevensium. Quodque in hujus

---

1 *Pag.* 47, 48, 50, 55, 56. 2 *Pag.* 14, 14, 18, 19. 3 *Pag.* 58. 4 *Pag.* 85. 5 *Pag.* 78. 6 *Pag.* 58. 7 *Matth. West. Florent. Vigorn. &c.* 8 *Caradoc. Lancarv. per Powel. p.* 44. *Usser. Index Chronol sub A°.* 906. 9 *Pag.* 174. 10 *Pag.* 648. Ibi legitur

A. D.
841. Novis est Episcopus Menevensis.
873. Novis Episcopus moritur.
909. Asser Episcopus Britanniæ fit.

Sed hic loci proculdubio graviter erratur; nullum enim eo tempore Asserium Episcopatum adeptum fuisse historiæ indicant. Igitur si nobis conjicere liceret; scriba qualiscunque fuerit, videtur raptim omisisse tam certum ipsius Consecrationis annum quam Mortis notitiam; Ita si res se habet damnum hoc modo resarcietur

841 Novis est Episcopus Menevensis.
873 Novis Episcopus moritur.

nonnihil

nonnihil confirmationem accedit; [1] Annales Saxonici (quorum fidei & auctoritati multum attribuo) ferunt Afferium Epifcopum Shirburnenfem fatis ceffiffe A. D. 910; utpote qui res geftas non raro narrant anno uno poft alios fcriptores. Doctiffimus olim Ecclefiæ Anglicanæ [2] antiftes (nefcio cuinam auctoritati innixus) in Ecclefia Cathedrali Shirburnenfi fepultum fuiffe tradidit.

De ejus Scriptis.

I. QUoad ejus fcripta, excipias modo *Annales* five *De rebus geftis Ælfredi*, pauci reperiuntur tituli librorum (ipfi enim libri hodie non comparent) qui illum auctorem vendicarunt. Ipfi docent [3] Annales Afferium primum cœpiffe atque præcipue confarcinaffe libellum vulgo regi imputatum, fcilicet *Librum Manualem* [Ƿanðboc] five *Enchiridion* vocatum. [4] Guil. Malmesburienfis inquit, *Senfum librorum Boetii de Confolatione Philofophiæ planioribus verbis enodavit, quem ipfe rex in Anglicam linguam convertit.* Verum utriufque libri titulus apud [6] *Balei Centurias* augefcit, alter fcilicet vocatur

Aurearum Sententiarum Enchiridion Lib. 1.

alter

Comment. in Boethium Lib. 1.

[*Affer Epifcopus Britanniæ*] fit.
909 Affer Epifcopus Britanniæ [*moritur.*]
Id genus delicta non raro in fe admittunt Amanuenfes quod cum Codicibus MSS. verfati probe norunt. *Vid. Millii not. ad Nov. Teft. p. 747. a.* 1 *A°.* 910. 2 *Godwin. de Præf. Angl. p.* 385. 3 *Pag.* 56. 4 *Guil. Malmef. de geftiis Pontif.* 6 *Baleus in Afferio.*

Sed de

[1] *Homiliis, Epistolis, & quibusdam aliis*

dicendi non est locus: quippe toties solennes hæ φράσεις à Baleo & Pitseo in usum quasi negligenter vocantur, ut eas silentio omnino mandare melius convenerit.

II. Interea prætereundum non est aliud Auctori nostro adscriptum opus, cui titulus

Annales Britanniæ,

quod diversum esse à priori, scilicet *De rebus gestis Ælfredi*, nulla me hactenus suaserunt argumenta. [2] Solus, qui ejusmodi librum memorat, auctor vetustus, est qui contexuit *Annales* sub nomine Abbatis [3] *Bromptoni* in lucem editos. Is utique Asserium laudat miracula quædam referentem ad Regis Ethelberti sepulcrum facta: ille autem liber (si revera fuit Asserii) hodie in tenebris latet. Utcunque fit, omnimode differre videtur à veris Asserii *Annalibus*, in quibus ficta omnia & superstitiosa (citra ejus ætatis consuetudinem) de industria [4] omittuntur.

III. Verum tamen [5] Auctor celebris & haud vulgaris apud eruditos famæ errorem hunc aliquo modo sanxit. Ille enim in lucem [6] edidit Chronicon, quod vocat Annales Asserii: hi quamvis minus cum illis conveniunt, quorum mentionem faciunt Annales Bromptoni (nam de Miraculis

---

1 *Baleus in Asserio.* 2 *Vid. etiam Leland. Coll. Vol.* 1. *p.*210. 3 *Pag.* 753. 4 Nihil eo tendit in toto opere, nisi forsan historia de Rege Ælfredo *divinitus sanato* ad tumulum S. Guerir. (*Pag.*40.) Atqui jure merito credendum est, hanc ipsam sanationem, mirifica foret necne, divinæ potestati retulisse piissimum principem, & rem omnem, quo pacto se haberet, Asserio enarrasse. 5 *Thom. Gale S. T. P. Decanus Eboracensis.* 6 *Oxon. A°.* 1691.

præ-

prædictis in istis nihil agitur) pari tamen jure scriptorem potest vindicare Asserium.

Necesse enim habeo de hac re dissentire à Cl. [1] Nicolsono, qui in Doctissimi Editoris opinionem eo lubentius accedit, "*quod toties R. Ælfredi res gestæ ibidem memorantur.*" Dissentio, inquam, quoniam omnia quæ Ælfredum respiciunt, in veris Asserii Annalibus verbatim propemodum legimus; atqui rationi dissonum & dissentaneum est, auctorem quemvis in semet ipsum Plagiarii partes egisse, autumare. Porro varias ob causas perfacile probare factu erit hosce ψεύδες Annales Asserio omnino indignos esse.

IV. [2] Ita usu comparatum est, ut tam melioris quam sequioris notæ scriptores, Asserii vestigiis, in iis quæ ad ejus ætatem pertinebant, inhærerent: verum sequiores inter adnumerandum esse Pseudo-Asserium liquido constat: Is etenim scriptor abjectus & contemptus Chronicon annorum plus minus nongentorum consarcinavit, cujus Ælfredi gesta & aniles quædam fabulæ tertiam fere partem constituunt; atque infelicior, dicam, an stultior opus [3] incipit ubi concludere debuerat; & sane perversa temporum atque hominum ratione habita, nunc [4] Be-

---

1 Engl. Hist. Libr. *Edit.* 1714. *p.* 48. 2 *Vid. Flor. Vigorn. Math. Westm. &c.* 3 Igitur Britannia Romanis usque ad Gaium Julium &c. 4 Superest adhuc frater quidam Senior Monasterii nostri, qui narrare solet, dixisse sibi quendam multum veracem ac religiosum hominem, quod ipsum Furseum viderit [circiter annum 633] in provincia Orientalium Anglorum &c. *Bed. Hist. Eccl. Lib.* 3. *cap.* 19. *Pseudo-Asser. pag.* 145. Cui videlicet monasterio [de Mailros] tempore illo religiosæ ac modestæ vitæ Abbas & Presbyter Æthelwaldus [ille vero obiit A°. 740. *Vid. Chron. de Mailros.*] præerat, qui nunc Episcopalem Lindisfarnensis ecclesiæ cathedram condignis gradu actibus servat. *Bed. Hist. Eccl. Lib.* 5. *cap.* 13. *Pseudo-Asser. pag.* 151.

dæ nunc [1] Asserii personam sibi imponit.

V. Cl. [2] Editor aliique autumaverunt hunc librum eundem esse, quem Lelandus Chronicon S. Neoti nominavit (quoniam in Cœnobio, illi sancto dicato, istud reperiisset) Hoc si concedamus; auctor tantum habendus est abbreviator Asserii, juxta ipsius Lelandi verba: [3] *Ex eo libello qui Asserii Annales in Epitomen redegit. Nos igitur quoniam apud fanum S. Neoti incidimus &c.*

Atque ut Lelandi sensus clarius innotescat, ultra addamus illum in hoc Chronicon S. Neoti prius incidisse quam viderat Asserium genuinum; immo in Autographo *De Scriptoribus Britannicis* sequentia annotavit,[4] *Ex cujusdam* Scribæ *historia, qui Ælfredo familiarissimus fuit & ejus acta scripsit.* Hæc autem postea obliteravit & eorum loco substituit *Ex eo libello &c.* ut supra; & in vita Ethelweardi scripserat, *Scribam illum qui Ælfredi historiam &c.* quæ demum permutavit hoc modo, [5] *Autorem Chronicorum fani Neoti qui Alfredi historiam quam diligentissime perscripsit.* Atque adeo Scribam ipsum in numerum auctorum conscripserat, breviter recensens nonnulla de ejus vita & scriptis, quæ (utpote in MS. Codice deleta) quoniam omisit in accurata sua [6] editione Doctissimus Antonius Hallius S.T.P. hic subjungam.

Scriba Alfredi, de quo superius semel, atque iterum mentionem feci, non tam leviter notus memoriæ

---

1 Quod à Domino meo Ælfredo Anglo-Saxonum rege veridico etiam sæpe mihi referente audivi. *Asser. Annal p.* 10. *Pseudo-Asser. p.* 157. Erat quoque in eodem loco unica spinosa arbor, brevis admodum, quam nos ipsi nostris propriis oculis vidimus. *Asser. Annal. p.* 23. *Pseudo-Asser. p.* 163. 2 *Præf. ad XV Scriptores.* 3 *Leland. de Script. p.* 152. 4 *MS. Vol.* 4. *p.* 115. 5 *De Script. p.* 153. 6 *Oxon.* 1709.

relin-

relinquendus est. Age ergo fusius & significantius dicam quo ordine historiam deduxit. Inchoavit autem historiam à D. Julio Cæsare, Romanorum in Britannia res gestas usque ad mortem Severi brevissime perstringens; deinde ad reges Visosaxonum orationem convertit. Sed neque in illis quidem longus est donec ad Ætheluulphum perveniat, ejusque filios numero quatuor, quorum unusquisque per vices paternum regnum gubernavit, sed felicissime Alfredus natu minimus in cujus factis undecunque nobilibus satis prolixus est. In summa adjecit Alfredo quatuordecim annos Edouardi primi, in quibus tenuiter calamum exercuit, utpote ad metam operis festinans: id quod & ego nunc agam, ubi ostendero auctorem hujus historiæ Alfredo familiarem fuisse, ut ex verbis quæ subjiciemus liquide constat. Quod à domino meo Alfredo Anglo-saxonum rege veridico etiam sæpe mihi referente audivi. *Hæc ille. Scribæ vero nomen auctori placuit non inepte imponere, quia proprium in Exemplari quod unicum habui, nusquam comparuit.* [1]

Lelandum vero tandem hujus erroris pœnituit, quum Asserium verum deprehenderat; atque adeo Chronicon hocce anonymum tantum epitomen ejus fuisse prædicavit; ex quo Scribæ historiam expunxit & Asserii vitam scripsit.

VI. Attamen istius Breviarii tam particularis descriptio nobis indicium quoddam facere videtur, Pseudo-Asserium ne quidem habendum esse S. Neoti Chronicon quod evolverat Lelandus: Hic enim *post mortem Severi* non *deinde ad Reges Visisaxonum orationem convertit*; nam deducit Historiam Imperatorum Romanorum usque ad Theodosium Arcadii filium, necnon Imperii

1 *Leland. MSS. Vol.* 4. *p.* 116.

Franciæ

Franciæ à Pharamundo fundati, recolens integram regum ſeriem; unde tranſgreditur ad Saxonum in Britanniam adventum & generalem rerum Anglicarum narrationem explicandam. Porro notatu dignum eſt [1] Lelandum recitaſſe S. Neoti Chronicon in rebus Æthelfledæ illuſtrandis; verum de celeberrima illa fæmina ne γρῦ quidem apud Pſeudo-Aſſerium.

---

1 *Leland. de Scriptoribus p.* 157.

ANNALES
RERUM GESTARUM
ÆLFREDI
MAGNI.



Ex antiquo lapide supra portam Refectorii Coll. Æn. Nasi Oxon.

DOMINO
MEO VENERABILI
PIISSIMOQVE OMNIVM
BRITANNIÆ INSVLÆ
CHRISTIANORVM
RECTORI

ÆLFRED

ANGLORVM SAXONVM
REGI

ASSER

OMNIVM SERVORVM DEI
VLTIMVS
MILLEMODAM
AD VOTA DESIDERIORVM
VTRIVSQVE VITÆ
PROSPERITATEM.

A

ASSERIUS
DE
REBUS GESTIS
ÆLFREDI.

ANNO dominicæ incarnationis DCCC. XLIX. natus eſt Ælfred Angulſaxonum rex in villa regia, quæ dicitur [1] Wanading, in illa paga, quæ nominatur *Berrocſcire*; quæ paga taliter vocatur à Berroc ſilva, ubi buxus abundantiſſime naſcitur: cujus genealogia talis tali ſerie contexitur. Ælfred rex filius Æthelwulfi regis; qui fuit [2] Ecgberthi; qui fuit Ealhmundi; qui fuit Eafa; qui fuit [3] Eowwa; qui fuit Ingild; Ingild & Ine, ille famoſus occidentalium rex Saxonum, Germani duo fuerunt: (qui Ine Romam perrexit, & ibi vitam præſentem finiens honorifice cœleſtem patriam cum Chriſto regnaturus adiit:) qui fuerunt filii Coenred; qui fuit Ceolwalde; qui fuit Cudam; qui fuit Cuthwine; qui fuit Ceaulin; qui fuit Cynric; qui fuit Creoda; qui fuit

1 Wanating *Ed. Park.* 2 Ecgberhti *Ed. Park.* 3 Eoppa *Chron. Sax. Guil. Malmſ.*

Cerdic; qui fuit Elesa; [[1] qui fuit Esia;] qui fuit Gewis, (à quo Britones totam illam gentem Gegwis nominant;) [[2] qui fuit Wig; qui fuit Fraewine; qui fuit Freothegar;] qui fuit Brond; qui fuit Belde; qui fuit Woden; qui fuit Frithowalde; qui fuit Frealaf; qui fuit Frithuwulf; qui fuit Fingodwulf; qui fuit Geata; quem Getam jamdudum pagani pro Deo venerabantur: (cujus Sedulius poeta mentionem facit in Paschali metrico carmine ita dicens,

Cum sua gentiles studeant figmenta poetæ
Grandisonis pompare modis, tragicoque boatu;
Ridiculove Getæ seu qualibet arte canendi,
Sæva nefandarum renovent contagia rerum,
Et scelerum monumenta canant, rituque [3] sinistro
Plurima Niliacis tradant mendacia biblis:
Cur ego Davidicis assuetus cantibus odas
Chordarum resonare decem, sanctoque [4] verenter
Stare choro, & placidis cœlestia psallere verbis,
Clara salutiferi taceam miracula Christi?)

Qui Geata fuit Cætwa; qui fuit Beaw; qui fuit Sceldwea; qui fuit Heremod; qui fuit Itermod; qui fuit Hathra; qui fuit Huala; qui fuit Bedwig; qui fuit Sem; qui fuit Noe; qui fuit Lamech; qui fuit Mathusalem; qui fuit Enoch; [qui fuit Jared;] qui fuit Malaleel; qui fuit Cainan; qui fuit Enos; qui fuit Seth; qui fuit Adam.

De genealogia matris ejus.

Mater quoque ejusdem Osburgh nominabatur, religiosa nimium fæmina, nobilis ingenio, nobilis & genere; quæ erat filia Oslac famosi

1 *Flor. Wigorn.* 2 *Flor.* 3 *Sic Ed. Vienn. Ao.* 1519. *Al. Edd.* magistro. 4 vererer *Ed. Par.* 1589.

pincernæ

pincernæ Æthelwulfi regis; qui Oflac Gothus erat natione, ortus enim erat de Gothis & [1] Jutis: de femine fcilicet Stuf & Wihtzur, duorum fratrum & etiam comitum: qui, accepta poteftate Wectæ infulæ ab avunculo fuo Cerdic rege, & Cynric filio fuo confobrino eorum, paucos Britones ejufdem infulæ accolas, quos in ea invenire potuerunt, in loco qui dicitur Gwihtgaraburhg occiderunt; cæteri enim accolæ ejufdem infulæ ante aut occifi erant, aut exules aufugerant.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLI. nativitatis autem Ælfredi regis tertio, Ceorl Domnaniæ comes, cum [2] Domnaniis contra Paganos [3] pugnavit in loco, qui dicitur Wicgambeorg: & Chriftiani victoriam habuerunt: & ipfo eodem anno primum hyemaverunt Pagani in infula, quæ vocatur Scheapieg, quod interpretatur infula ovium: quæ fita eft in Tamefi flumine inter Eaftfeaxum & [4] Cantuarios, fed ad Cantium propior eft, quam ad Eaftfeaxum: in qua monafterium optimum conftructum eft.

Eodem quoque anno magnus Paganorum exercitus cum trecentis & quinquaginta navibus in oftium Tamefis fluminis venit; [& [5] Doruberniam, id eft, Cantwariorum civitatem,] [6] & Londoniam civitatem" (quæ eft fita in aquilonari ripa Tamefis fluminis, in confinio Eaftfeaxum & Middlefeaxum, fed tamen ad Eaftfeaxum illa civitas cum veritate pertinet) depopulati funt; & Beorhtulfum Merciorum regem cum

---

1 Indis *MS. Cott. & Ed. Cam.* 2 Domnanus *Edd. P. & C.* 3 *Sic MS. Cott.* Paganos Normannos five Danos *Edd. P. & C.* 4 Centaurios *Ed. Cam.* 5 *Flor. & MS. Cott.* 6 *Defunt MS. Cott.*

omni

omni exercitu ſuo, qui ad præliandum contra illos venerat, in fugam verterunt.

His ibi ita geſtis, prædictus Paganorum exercitus perrexit in Suthriæ: quæ paga ſita eſt in meridiana Tameſis fluminis ripa ab occidentali parte Cantii. Et Æthelwulfus [1] occidentalium Saxonum rex, & filius ſuus Æthelbaldus cum omni exercitu in loco qui dicitur Aclea, (id eſt, in campulo quercus) diutiſſime pugnaverunt: ibique, cum diu acerrime & animoſe ex utraque parte pugnatum eſſet, maxima pars Paganæ multitudinis funditus deleta & occiſa eſt, ita, qualiter nunquam in aliqua regione, in una die ante, nec poſt ex eis occiſam eſſe audivimus: & Chriſtiani victoriam honorifice tenuerunt, & loco funeris dominati ſunt.

Eodem quoque anno Æthelſtan rex, [2] filius Æthelwulfi regis, "& Ealhere comes, magnum Paganorum exercitum in Cantio, in loco, qui dicitur Sandwic, occiderunt, & ex navibus eorum novem naves [3] ceperunt: cæteri per fugam elapſi ſunt.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLIII. nativitatis autem Ælfredi regis [4] quinto, Burgred Merciorum rex per nuncios deprecatus eſt Æthelwulfum occidentalium Saxonum regem, ut ei auxilium conferret; quo mediterraneos Britones, qui inter Marciam & mare occidentale habitant, dominio ſuo ſubdere potuiſſet, qui contra eum immodice reluctabantur; nec ſegnius Æthelwulfus rex legatione ejus accepta

1 *Deeſt MS. Cott.* 2 *Deſunt MS. Cott.* 3 Acceperunt *MS. Cott.* 4 Undecimo *MS. Cott. Edd. P. & C.*

exer-

exercitum movens Britanniam cum Burghredo rege adiit; ſtatimque ut ingreditur gentem illam devaſtans, dominio Burghredi ſubdit; quo facto domum revertitur.

Eodem anno Æthelwulfus rex præfatum filium ſuum Ælfredum magno nobilium & etiam ignobilium numero conſtipatum honorifice Romam tranſmiſit, quo tempore dominus Leo Papa [1] quartus apoſtolicæ ſedi præerat, [2] qui præfatum infantem Ælfredum oppido ordinans unxit in regem, & in filium adoptionis ſibimet accipiens confirmavit. Eodem quoque anno Ealhere comes cum Cantuariis, & Huda cum Suthriis contra Paganorum exercitum in inſula, quæ dicitur in Saxonica lingua Tenet, Britannico autem ſermone Ruim, animoſe & acriter belligeraverunt; & primitus Chriſtiani victoriam habuerunt: prolongatoque diu prælio ibidem ex utraque parte plurimi ceciderunt, & in aqua merſi ſuffocati ſunt; & comites illi ambo ibidem occubuerunt. Nec non & eodem anno Æthelwulfus poſt Paſcha occidentalium Saxonum rex filiam ſuam Burgredo Merciorum regi in villa regia, quæ dicitur Cippanhamme, nuptiis regaliter factis ad reginam dedit.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLV. nativitatis autem præfati regis ſeptimo, [3] Eadmundus orientalium Anglorum glorioſiſſimus cœpit regnare VIII. Kalend. Januarii, id eſt die natalis Domini, anno ætatis ſuæ decimo quarto. Hoc etiam anno Lotharius Imperator Romanus

---

1 *Deeſt MS Cott.* 2 Quem Leo Papa ſui Patris rogatu oppido &c. *Flor.* 3 *Abhinc ad* magnus Paganorum &c. *omnia deſunt MS. Cott.*

obiit,

obiit, filius Ludovici Augusti piissimi. Anno eodem sub initio Karoli tertii Imperatoris filii Ludovici secundi" magnus Paganorum exercitus tota hyeme in præfata Scepige insula hyemaverunt.

Eodem anno Æthelwulfus præfatus venerabilis rex decimam totius regni sui partem ab omni regali servitio, & tributo liberavit, in sempiternoque graphio in cruce Christi pro redemptione animæ suæ, & antecessorum suorum, uni & trino Deo immolavit. Eodemque anno cum magno honore Romam perrexit, præfatumque filium suum Ælfredum iterum in eandem viam secum ducens (eo quod illum plus cæteris filiis suis diligebat) ibique anno integro [1] remoratus est; quo peracto, ad patriam suam remeavit, adferens secum Juthittam Karoli Francorum regis filiam.

Interea tamen Æthelwulfo rege ultra mare tantillo tempore immorante, quædam infamia contra morem omnium Christianorum in occidentali parte Selwuda orta est. Nam Æthelbald rex [2] Æthelwulfi regis filius," & Ealhstan Scireburnensis ecclesiæ episcopus, Eanwulf quoque Summurtunensis pagæ comes conjurasse referuntur, ne unquam Æthelwulf rex à Roma revertens iterum in regno reciperetur. Quod inauditum omnibus sæculis ante infortunium episcopo & comiti solummodo perplurimi reputant; ex quorum consilio hoc factum esse perhibetur. Multi quoque regali solummodo insolentiæ deputant: quia & ille rex in hac re, &

---

1 *Sic MS. Cott.* Demoratus *Edd. P. & C.* 2 *Desunt MS. Cott.*

in

in multis aliis perversitatibus pertinax fuit; sicut quorundam hominum relatu audivimus; quod & rei sequentis approbavit effectus.

Nam redeunte eo à Roma, prædictus filius regis Æthelwulfi cum omnibus suis consiliariis, immo, insidiariis tantum facinus perpetrare tentati sunt, ut regem à regno proprio repellerent: quod nec Deus ita fieri permisit, nec nobiles totius Saxoniæ consenserunt. Nam, ne irremedicabile Saxoniæ periculum belligerante patre & filio; quin immo tota cum gente ambobus rebellante, atrocius & crudelius per dies singulos quasi clades intestina augeretur: ineffabili patris clementia, & omnium astipulatione nobilium, adunatum antea regnum inter patrem & filium dividitur, & orientales plagæ patri, occidentales filio è contrario deputantur; ubi enim pater justo judicio regnare debuerat, illic iniquus & pertinax filius regnabat; nam occidentalis pars Saxoniæ semper orientali principalior est.

Adveniente igitur Æthelwulfo rege à Roma, tota illa gens, ut dignum erat, in adventu senioris ita gavisa est, ut, si ille permitteret, pertinacem filium suum Æthelbaldum cum omnibus suis consiliariis à totius regni sorte expellere vellent. Sed ille, ut diximus, nimia clementia, & prudenti consilio usus, ne ad regni periculum perveniret, ita fieri noluit, & Juthittam [1] Karoli regis filiam, quam à patre suo acceperat, juxta se in regali solio [2] suo sine aliqua suorum nobilium controversia & odio, usque ad obitum vitæ suæ contra perversam illius gen-

1 Faroli *MS. Cott. Edd. Par. & Cam.* 2 *Deest MS. Cott.*

tis consuetudinem sedere imperavit. Gens namque occidentalium Saxonum reginam juxta regem sedere non patitur, nec etiam reginam appellare, sed regis conjugem permittit; quam controversiam, immo infamiam, de quadam pertinaci & malevola ejusdem gentis regina ortam fuisse, majores illius terræ perhibent; quæ omnia contraria seniori suo & omni populo ita peregit, ut non solum suum proprium odium mereretur, ut à reginali solio projiceretur: sed etiam omnibus suis [1] subsequutricibus eandem pestiferam tabem post se submitteret; pro nimia namque illius reginæ malitia omnes accolæ illius terræ conjuraverunt, ut nullum unquam regem super se in vita sua regnare permitterent, qui reginam in reginali solio juxta se sedere imperare vellet.

Et quia, ut opinor, multis habetur incognitum, unde hæc perversa & detestabilis consuetudo in Saxonia, ultra morem omnium, id est, gentium [2] Theotiscarum primitus orta sit, paulo latius mihi videtur intimandum: quod à domino meo Ælfredo Angulsaxonum rege veridico, etiam sæpe mihi referente audivi: quod & ille etiam à veridicis multis referentibus, immo ex parte non modica illud factum commemorantibus, audierat.

Fuit in Mercia moderno tempore quidam strenuus, atque universis circa se regibus & regionibus finitimis formidolosus rex, nomine Offa: qui vallum magnum inter Britanniam atque Merciam de mari usque ad mare facere imperavit:

1 Subsequatricibus *MS. Cott. Edd. P. & C.* 2 Theotiscirum *MS. Cott. Edd. P. & C.*

cujus

cujus filiam nomine Eadburgh Beorhtric occidentalium Saxonum rex sibi in conjugium accepit: quæ confestim accepta regis amicitia, & totius pene regni potestate, more paterno tyrannice vivere incepit, & omnem hominem execrari, quem Beorhtric diligeret, & omnia odibilia Deo & hominibus facere: & omnes, quos posset, ad regem accusare, & ita aut vita, aut potestate per insidias privare: & si à rege illud impetrare non posset, veneno eos necabat: sicut de adolescente quodam regi dilectissimo hoc factum compertum habetur, quem cum ad regem accusare non posset, veneno eum necavit; de quo veneno etiam præfatus ille Beorhtric rex inscienter gustasse aliquid refertur; neque enim illa venenum dare regi proposuerat, sed puero; sed rex præoccupavit, inde ambo periere.

Defuncto igitur Beorhtrico rege, cum illa inter [1] occidentales Saxones diutius fieri non posset; ultra mare navigans cum innumerabilibus thesauris Karolum illum [2] magnum & famosissimum Francorum regem adiit. Ad quem cum ante solarium multa regi afferens dona staret, Karolus ait: "Elige Eadburgh, quem velis inter "me & filium meum, qui mecum in solario isto "stat:" At illa sine deliberatione stulte respondens dicens ait: "Si mihi electio conceditur, fi"lium tuum, in quantum te junior est, eligo;" Cui Karolus respondens & arridens ait: "Si me "eligeres, haberes filium meum: sed quia fi"lium meum elegisti, nec me nec illum habebis."

Dedit tamen illi unum magnum sanctimonia-

1 *Deest MS. Cott.* 2 *Desunt MS. Cott.*

lium monasterium, in quo deposito seculari habitu, & sanctimonialium indumento assumpto, perpaucis annis Abbatissæ fungebatur officio; sicut enim irrationabiliter in propria vixisse refertur, ita multo irrationabilius in aliena gente vivere deprehenditur: nam à quodam suæ propriæ gentis homine constuprata, demum palam deprehensa de monasterio imperio Karoli regis dejecta, in paupertate & miseria letho tenus vituperabiliter vitam duxit; ita, ut ad ultimum uno servulo comitata (sicut à multis videntibus eam audivimus,) quotidie mendicans in Pavia miserabiliter moreretur.

Vixit ergo Æthelwulfus [[1] rex] duobus annis, postquam à Roma pervenit: in quibus inter alia multa præsentis vitæ bona studia cogitans de suo ad universitatis viam transitu, ne sui filii post patris obitum indebite inter se [2] disceptarent, hereditariam, immo commendatoriam scribere imperavit epistolam: in qua & regni inter filios suos, duos scilicet seniores, & propriæ hereditatis inter filios & filiam, & etiam propinquos; pecuniarum, quæ post se superessent inter animam & filios, & etiam nobiles suos divisionem ordinabiliter literis mandari procuravit. De qua prudenti consideratione pauca de pluribus posteris imitanda scribere decrevimus: scilicet, quæ ad necessitatem animæ maxime pertinere intelliguntur; nam cætera, quæ ad humanam dispensationem pertinent, in hoc opusculo inserere necesse non est: ne fastidium [3] prolixitate legentibus, vel etiam audire desiderantibus, procreaverit.

---

1 *Sic MS. Cott. Deest Edd. P. & C.* 2 Discerptarent *Ed. P. & MS. Cott.* 3 Pro prolixitate *Ed. P.*

Pro

Pro utilitate namque animæ ſuæ, (quam à primævo juventutis ſuæ flore in omnibus procurare ſtuduit) per omnem hereditariam terram ſuam ſemper in decem Manentibus unum pauperem, aut indigenam aut peregrinum, cibo, potu & veſtimento, ſucceſſoribus ſuis uſque ad ultimum diem judicii poſt ſe paſcere præcepit: ita tamen, ſi illa terra hominibus & pecoribus habitaretur, & deſerta non eſſet. Romæ quoque omni anno magnam pro anima ſua pecuniam, id eſt, trecentas Mancuſſas portare præcepit, quæ taliter ibi dividerentur: ſcilicet centum Mancuſſas in honorem Sancti Petri, ſpecialiter ad emendum oleum, quo impleantur omnia luminaria illius apoſtolicæ eccleſiæ in veſpera Paſchæ, & æqualiter in galli cantu; & centum Mancuſſas in honorem Sancti Pauli, eadem conditione ad comparandum oleum in eccleſia Sancti Pauli apoſtoli, ad implenda luminaria in veſpera Paſchæ & in galli cantu: centum quoque Mancuſſas univerſali Papæ Apoſtolico.

Defuncto autem Æthelwulfo rege, [1] ſepultoque apud [2] Stemrugam," Æthelbald filius ejus contra Dei interdictum, & Chriſtianorum dignitatem, necnon & contra omnium Paganorum conſuetudinem, thorum patris ſui aſcendens, Juthittam Karoli Francorum regis filiam, cum magna ab omnibus audientibus infamia in matrimonium duxit: effreniſque duobus & dimidio annis occidentalium Saxonum poſt patrem regni gubernacula rexit.

[3] Anno [4] dominicæ incarnationis DCCCLVI.

---

1 *Deſunt MS. Cott.* 2 Wintoniam *Fl.* 3 *Tota hæc Clauſula deeſt MS. Cott.* 4 Anno Domini *Ed. Park.*

&

& nativitatis Ælfredi [1] octavo, hoc est, anno secundo Karoli Imperatoris tertii, anno vero regni Æthelwulfi occidentalium Saxonum regis decimo octavo, [2] Humbertus orientalium Anglorum antistes unxit oleo, consecravitque in regem Eadmundum gloriosissimum cum gaudio magno & honore maximo in villa regia, quæ dicitur Burua, in qua tunc temporis regalis sedes erat: anno ætatis suæ decimo quinto, sexta feria, luna vicesima quarta, die natalis domini."

Anno dominicæ incarnationis DCCCLX. nativitatis autem Ælfredi regis duodecimo, Æthelbald [3] occidentalium Saxonum rex defunctus est," & in Sciréburnan sepultus: & Æthelberht frater suus Cantium, & Suthrigam, Suthseaxam quoque suo dominio, ut justum erat, subjunxit.

In cujus diebus magnus Paganorum exercitus de mari adveniens Wintoniam civitatem hostiliter invadens depopulatus est. Cui cum ad naves cum ingenti præda reverterentur, Osric Hamtunensium comes cum suis, & Æthelwulf comes cum Bearrocensibus viriliter obviaverunt: consertoque prælio oppido Pagani passim trucidantur; & cum diutius resistere non possent, muliebriter fugam arripiunt, & Christiani loco funeris dominati sunt.

Æthelberht itaque quinque annis regno pacifice & amabiliter, atque honorabiliter gubernato, cum magno suorum dolore universitatis viam adiit, & in Scireburnan juxta fratrem suum honorabiliter sepultus requiescit.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXIV.

---

1 Decimo *MS. Cott. Edd. P. & C.* 2 *Sic Matt. West. &c.* Nunberchus *MS. Cott. Edd. P. & C.* 3 *Desunt MS. Cott.*

Pagani

Pagani hyemaverunt in inſula Tanet, & firmum fœdus cum Cantuariis pepigerunt; quibus Cantuarii pecuniam pro fœdere ſervato reddere promiſerunt: interea tamen vulpino more Pagani noctu clam caſtris erumpentes, fœdere diſrupto, & promiſſionem pecuniæ ſpernentes (ſciebant enim majorem pecuniam ſe furtiva præda, quam pace adepturos) totam orientalem [1] Cantii plagam depopulati ſunt.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXVI. nativitatis autem Ælfredi regis decimo octavo, Æthelred Æthelberti regis frater occidentalium Saxonum [2] quinque annis regni gubernacula ſuſcepit, & eodem anno magna Paganorum claſſis de Danubio Britanniam advenit, & in regno orientalium Saxonum, quod Saxonice Eaſtengle dicitur, hyemavit; ibique ille exercitus maxima ex parte equeſter factus eſt. Sed, ut more navigantium loquar, ne diutius navim undis & velamentis concedentes, & à terra longius enavigantes longum circumferamur inter tantas bellorum clades, & annorum enumerationes; ad id, quod nos maxime ad hoc opus incitavit, nobis redeundum eſſe cenſeo: ſcilicet aliquantulum, quantum meæ cognitioni innotuit, de infantilibus & puerilibus domini mei venerabilis Ælfredi Angulſaxonum regis moribus hoc in loco breviter inſerendum eſſe exiſtimo.

Nam, cum communi & ingenti patris ſui & matris amore ſupra omnes fratres ſuos, immo ab omnibus nimium diligeretur, & in regio ſemper [3] curto inſeparabiliter nutriretur; accreſcente

1 Cantiæ *MS. Cott.* 2 *Deſunt MS. Cott.* 3 *Sic MS. Cott. Edd. P. & C. Flor. &c.*

infantili

infantili & puerili ætate, forma cæteris ſuis fratribus decentior videbatur, vultuque & verbis, atque moribus gratioſior. Cui ab incunabulis ante omnia, & cum omnibus præſentis vitæ ſtudiis, ſapientiæ deſiderium cum nobilitate generis, nobilis mentis ingenium ſupplevit; ſed, proh dolor! indigna ſuorum parentum & nutritorum incuria uſque ad duodecimum ætatis annum, aut eo amplius, illiteratus permanſit; ſed Saxonica poemata die noctuque ſolers auditor relatu aliorum ſæpiſſime audiens, docibilis memoriter retinebat. In omni venatoria arte induſtrius venator inceſſabiliter laborat non in vanum: nam incomparabilis omnibus peritia & felicitate in illa arte, ſicut & in cæteris omnibus Dei donis fuit; (ſicut & nos ſæpiſſime vidimus.)

Cum ergo quodam die mater ſua ſibi & fratribus ſuis quendam Saxonicum poematicæ artis librum, quem in manu habebat, oſtenderet, ait: "Quiſquis veſtrum diſcere citius iſtum codicem "poſſit, dabo illi illum:" qua voce, immo divina inſpiratione inſtinctus, & pulchritudine principalis litteræ illius libri illectus, ita matri reſpondens, & fratres ſuos ætate, quamvis non gratia ſeniores anticipans, inquit; "Verene dabis iſtum librum uni ex nobis; ſcilicet illi, qui "citiſſime intelligere & recitare eum ante te "poſſit?" Ad hæc illa arridens & gaudens, atque affirmans, "Dabo, infit, illi:" tunc ille ſtatim tollens librum de manu ſua, magiſtrum adiit & legit; quo lecto matri retulit & recitavit.

Poſt hæc curſum diurnum, id eſt, celebrationes horarum, ac deinde pſalmos quoſdam, & orationes multas, quos in uno libro congregatos in

in ſinu ſuo die noctuque, (ſicut ipſi vidimus) ſecum inſeparabiliter orationis gratia inter omnia præſentis vitæ curricula ubique circumducebat. Sed, proh dolor! quod maxime deſiderabat, liberalem ſcilicet artem, deſiderio ſuo non ſuppetebat, eo quod, ut loquebatur, illo tempore [1] lectores boni [2] in toto regno occidentalium Saxonum non erant.

Quod maximum inter omnia præſentis vitæ ſuæ impedimenta & diſpendia crebris querelis, & intimis cordis ſui ſuſpiriis fieri affirmabat: id eſt, eo, quod illo tempore, quando ætatem & licentiam, atque ſuppetentiam diſcendi habebat, magiſtros non habuerat; quando vero & ætate erat provectior, [3] & inceſſabilius die noctuque, immo, omnibus iſtius inſulæ medicis incognitis [4] infirmantibus, interniſque atque externis regiæ poteſtatis ſollicitudinibus, nec non & paganorum terra marique infeſtationibus occupatus, immo, etiam perturbatos magiſtros & ſcriptores aliquantula ex parte habebat, legere ut non poterat. Sed tamen inter præſentis vitæ impedimenta ab infantia uſque ad præſentem diem, &, ut credo, uſque ad obitum vitæ ſuæ in eodem inſaturabili deſiderio, ſicut nec ante deſtituit, ita nec etiam adhuc inhiare deſinit.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXVII. nativitatis [5] Ælfredi præfati regis decimo nono, prædictus Paganorum exercitus de orientalibus Anglis ad Eboracum civitatem migravit, quæ in aquilonari ripa [6] Humbrenſis fluminis ſita eſt.

---

1 Grammatici *Flor.* 2 Ergo nec Oxonii. *Nova manus addidit in MS. Cott.* 3 Inceſſabilibus *Ed. P.* 4 *Forte* Infirmitatibus. 5 *MS. Cott. habuit* Karoli, *ſed deletur.* 6 *Sic MS. Cott.* Humbſenſis *Edd. P. & C.*

Eo tempore maxima inter Northanhymbros discordia diabolico instinctu orta fuerat; sicut semper populo, qui odium incurrerit Dei, evenire solet. Nam Northanhymbri tempore (ut diximus) legitimum regem suum, Osbyrht nomine, regno expulerant; & tyrannum quendam Ælla nomine, non de regali prosapia progenitum super regni apicem constituerant: sed advenientibus Paganis consilio divino, & optimatum adminiculo pro communi utilitate, discordia illa aliquantulum sedata, Osbyrht & Ælla adunatis viribus, congregatoque exercitu Eboracum oppidum adeunt; quibus advenientibus pagani confestim fugam arripiunt, & intra urbis mœnia se defendere procurant; quorum fugam & pavorem Christiani cernentes, etiam intra urbis mœnia eos persequi, & murum frangere instituunt: quod & fecerunt; (non enim tunc adhuc illa civitas firmos & stabilitos muros illis temporibus habebat) cumque Christiani murum, ut proposuerant, fregissent, & eorum magna pars in civitatem simul cum Paganis intrasset; Pagani dolore & necessitate compulsi, super eos atrociter irrumpunt, cædunt, fugant, prosternunt intus & extra. Illic maxima ex parte omnes Northanhymbrensium [1] cœtus, occisis duobus regibus [2] cum multis nobilibus, deleti occubuerunt; reliqui vero, qui evaserunt, pacem cum Paganis pepigerunt.

Eodem anno Ealhstan episcopus Sciréburnensis ecclesiæ viam universitatis adiens, postquam episcopatum per quinquaginta annos honora-

---

1 *Sic Flor.* Capti *MS. Cott. Edd. P. & C.* 2 *Desunt MS. Cott.*

biliter

biliter rexerat, in pace in Scireburnan ſepultus eſt.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXVIII. nativitatis Ælfredi regis vigeſimo, [1] fames valida erat." [2] Tunc præfatus ac venerabilis Ælfred rex, ſecundarii tamen tunc ordine fretus, uxorem de Mercia, nobilem ſcilicet genere, filiam Æthelredi Gainorum comitis, qui cognominabatur [3] Mucil, [4] expetivit & duxit. Cujus fœminæ mater Eadburh nominabatur, de regali genere Merciorum regis, (quam nos ipſi propriis oculorum noſtrorum obtutibus non paucis ante obitum ſuum annis frequenter vidimus) venerabilis ſcilicet fœmina, & per multos annos poſt obitum [5] viri ſui caſtiſſima vidua letho tenus permanſit.

Eodem anno prædictus Paganorum exercitus Northanhymbros relinquens, in Merciam venit, & Scnotengaham adiit, (quod Britannice Tigguocobauc interpretatur, Latine autem ſpeluncarum domus) & in eodem loco eodem anno hyemaverunt; quibus illic advenientibus, confeſtim Burhred Merciorum rex, & omnes ejuſdem gentis optimates nuncios ad Æthered occidentalium Saxonum regem, & Ælfred fratrem dirigunt: ſuppliciter obſecrantes, ut illi illis auxiliarentur, quo poſſunt contra præfatum pugnare exercitum; quod & facile impetraverunt. Nam illi fratres non ſegnius promiſſione, congregato ex omni parte [regni] ſui immenſo exercitu Merciam adeunt, & uſque ad Scno-

1 *Deſunt MS. Cott.* 2 Idem ipſe præfatus *MS. Cott.* 3 Mucil eo quod erat corpore magnus. *Not. in Edd. P. & C.* 4 Subarravit *Flor. & MS. Cott.* 5 Patris *Flor.*

tengaham bellum unanimiter quærentes perveniunt; cumque Pagani tuitione arcis muniti bellum dare negarent, & Christianis frangere murum non suppetebat; pace inter Mercios & Paganos facta, duo illi fratres Æthered [& Ælfred] cum suis cohortibus domum reversi sunt.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXIX. nativitatis autem Ælfredi regis vigesimo primo, [1] fames magna, & mortalitas hominum, & pestis animalium. Et praefatus Paganorum exercitus iterum ad Northanhymbros equitans Eboracum civitatem adiit, & ibi anno integro mansit.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXX. nativitatis autem Ælfredi regis vigesimo [2] secundo supra memoratus Paganorum exercitus per Merciam in orientales Anglos transivit, & ibi in loco, qui dicitur Theodford, hyemavit.

Eodem anno Eadmund orientalium Anglorum rex contra ipsum exercitum atrociter pugnavit; sed, proh dolor! Paganis nimium gloriantibus, [3] ipso cum magna suorum parte ibidem occiso inimici loco funeris dominati sunt, & totam illam regionem suo dominio subdiderunt.

Eodem anno Ceolnoth Archiepiscopus Doroberniæ antistes, viam universitatis adiens, in eadem civitate in pace sepultus est.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXI. nativitatis autem Ælfredi regis vigesimo [4] tertio exosæ memoriæ Paganorum exercitus orientales Anglos deserens, & regnum occidentalium

---

1 *Desunt MS. Cott.* 2 Primo *MS. Cott. Edd. P. & C.* 3 Ipse & *mox* occisa *MS. Cott. Edd. P. & C.* 4 Secundo *MS. Cott. Edd. P. & C.*

Saxonum

Saxonum adiens, venit ad villam regiam, quæ dicitur Rædigam in meridiana [1] Tamesis fluminis ripa sitam, in illa paga, quæ dicitur Bearrocscire: tertioque adventus sui ibidem die comites eorum cum magna illius parte in prædam equitaverunt; aliis vallum inter duo flumina Tamesin & Cynetam à dextrali parte ejusdem regiæ villæ facientibus; quibus Æthelwulf Bearroccensis Pagæ comes cum suis sodalibus, in loco, qui dicitur [2] Englafeld obviavit; & animose ex utraque parte ibidem pugnatum est; cumque ibi diu utrique resisterent, altero Paganorum comite occiso, & maxima exercitus parte deleta, cæterisque fuga elapsis, Christiani victoriam accipientes loco funeris dominati sunt.

His ibi ita gestis post quatuor dies Æthered rex [3] occidentalium Saxonum," & Ælfred frater ejus adunatis viribus, congregatoque exercitu Rædigam adierunt; cumque usque ad portam arcis pervenissent, cædendo & prosternendo quoscunque de Paganis extra arcem invenissent; Pagani non segnius certabant, lupino more totis portis erumpentes, totis viribus bellum perquirunt; ibique diu & atrociter ex utraque parte dimicatum est: sed, [4] heu proh dolor! Christianis demum terga vertentibus, Pagani victoriam accipientes loco funeris dominati sunt; ibique Æthelwulfus præfatus comes inter cæteros occubuit.

Quo dolore & verecundia Christiani commoti, iterum post quatuor dies contra præfatum exercitum in loco, qui dicitur Æscesdun, quod La-

1 *Sic. Flor.* Tamesis Flumensis fluminis *MS. Cott. Edd. P. & C.*
2 Englofeld *Ed. Cam.* 3 *Desunt MS. Cott.* 4 *Deest MS. Cott.*

tine

tine Mons fraxini interpretatur, totis viribus & plena voluntate ad prœlium prodeunt; ſed Pagani in duas ſe turmas dividentes, æquali lance teſtudines parant, (habebant enim tunc duos reges, & multos comites) concedentes mediam partem exercitus duobus regibus, & alteram omnibus comitibus; quod Chriſtiani cernentes, & etiam ipſi exercitum in duas turmas [1] ſimiliter dividentes, teſtudines non ſegnius conſtruunt. Sed Ælfred citius & promptius cum ſuis, (ſicut ab his, qui viderunt, veridicis referentibus audivimus) ad locum prœlii advenit: nimirum erat enim adhuc ſuus frater Æthered rex in tentorio in oratione poſitus, audiens Miſſam; & nimium affirmans ſe inde [2] vivum non diſceſſurum, antequam Sacerdos miſſam finiret: & divinum pro humano nolle deſerere ſervitium; & ita fecit. Quæ regis Chriſtiani fides multum apud dominum valuit; ſicut in ſequentibus apertius declarabitur.

Decreverant ergo Chriſtiani, ut Æthered [3] rex cum ſuis copiis contra duos paganos reges ſumeret prœlium: Ælfred vero ſuus frater [4] cum ſuis cohortibus contra omnes Paganorum duces belli ſortem ſumere debere ſciret. Quibus ita firmiter ab utraque parte diſpoſitis, cum rex in oratione diutius moraretur, & Pagani parati ad locum certaminis citius adveniſſent; Ælfred tunc ſecundarius, cum diutius hoſtiles acies ferre non poſſet, niſi aut bello retrorſum recederet, aut contra hoſtiles copias ante fratris adventum in bellum prorumperet, demum viriliter aprino

1 Oppido *MS. Cott.* 2 *Deeſt Fl.* De vita *MS. Cott.* 3 *Sic MS. Cott.* Sex *Edd. P. & C.* 4 Tres cum ſuis *MS. Cott.*

more

more Chriſtianas copias contra hoſtiles exercitus (ut ante propoſuerant, tamen quamvis rex adhuc non venerat) dirigens, divino fretus conſilio, & adjutorio fultus, teſtudine ordinabiliter condenſata, confeſtim contra hoſtes vexilla movet.

Sed hoc in loco neſcientibus intimandum eſt, quod ille locus certaminis belligerantibus inæqualis erat; nam Pagani editiorem locum præoccupaverant, Chriſtiani ab inferiori loco aciem dirigebant. Erat quoque in eodem loco unica ſpinoſa arbor, brevis admodum; (quam nos ipſi noſtris propriis oculis vidimus) circa quam ergo hoſtiles inter ſe acies cum ingenti omnium clamore, illi perperam agentes, iſti pro vita & dilectis atque patria pugnaturi, hoſtiliter conveniunt. Cumque aliquandiu animoſe & nimium atrociter hinc inde utrique pugnarent, Pagani divino judicio Chriſtianorum impetum diutius non ferentes, maxima ſuarum copiarum parte occiſa, opprobrioſam fugam cepere: quo in loco alter de duobus Paganorum regibus, & quinque comites occiſi occubuerunt; & multa millia Paganæ partis in eodem loco, & inſuper per totam campeſtrem Æſcendun latitudinem ubique diſperſa, longe lateque occiſa corruerunt. Cecidit ergo illic Bægſceg rex, & Sidroc ille ſenex comes, & Sidroc junior comes, & [1] Obſbern comes, & Fræna comes, & Hareld comes; & totus Paganorum exercitus in fugam uſque ad noctem, & etiam uſque ad diem ſequentem (quouſque ad arcem qui evaſerant per-

1 Osbern *Fl.*

venerunt)

venerunt) versus est; quos Christiani usque ad noctem persequuti sunt, & ubique prosternentes.

[1] His ibi ita gestis, iterum post quatuordecim dies Æthered rex una cum fratre suo Ælfred, adunatis viribus contra Paganos pugnaturi, Basengas adierunt; Quibus hinc inde hostiliter convenientibus, & diu resistentibus, Pagani victoriam accipientes, loco funeris dominati sunt; quo prœlio peracto, de ultramarinis partibus alius Paganorum exercitus societati se adjunxit.

Et eodem anno post Pascha Æthered rex præfatus, regno quinque annis per multas tribulationes strenue atque honorabiliter cum bona fama gubernato, viam universitatis adiens, in Winburnam monasterio sepultus, adventum domini, & primam cum justis resurrectionem expectat.

Eodem anno Ælfred supra memoratus, qui usque ad id temporis viventibus fratribus suis secundarius fuerat; totius regni gubernacula, divino concedente nutu, cum summa omnium illius regni accolarum voluntate confestim fratre defuncto suscepit. (Quod etiam vivente prædicto fratre suo, si dignaretur accipere, facillime cum consensu omnium potuerat invenire; nempe quia & sapientia, & cunctis moribus bonis cunctos fratres suos præcellebat: & insuper eo, quod nimium bellicosus & victor prope in omnibus bellis erat.) Cumque regnare prope quasi invitus uno mense impleto cœperat: nimirum enim non putabat in se divino fultus auxilio, tantam Paganorum unquam posse solus sufferre

1 Quibus cum talia præsentis vitæ dispendia alienigenis perperam querentibus non sufficerent. His &c. *MS. Cott.*

auste-

austeritatem: quinetiam viventibus suis fratribus, cum magna [1] multorum detrimenta sustinuisset, contra universum Paganorum exercitum, in monte, qui dicitur Wiltun, qui est in meridiana ripa fluminis Guilou, (de quo flumine tota illa paga nominatur) cum paucis, & nimium inæquali numero acerrime belligeravit; & cum hinc inde utrique hostiliter & animose non parva diei parte pugnarent, Pagani ad integrum suum periculum propriis suis conspectibus cernentes, & hostium infestationem diutius non ferentes, terga in fugam verterunt. Sed, proh dolor! peraudacitatem persequentium decipientes, iterum in prœlium prodeunt; & victoriam capientes, loco funeris dominati sunt. Nec hoc cuiquam mirabile videatur, quod Christiani parvum in prœlio numerum habebant; erant enim Saxones maxima ex parte in eodem uno anno octo contra Paganos prœliis populariter attriti; in quibus octo prœliis unus rex Paganorum, & novem duces cum innumeris cohortibus occisi periere: exceptis quotidianis & nocturnis irruptionibus innumerabilibus, quas Ælfred sæpe memoratus, & singuli duces illius gentis cum suis, & etiam perplures ministri regis contra Paganos infatigabiliter studiose exercebant: in quibus frequentissimis irruptionibus quot millia Paganæ expeditionis occisa perierunt, nisi soli Deo, incognitum est; exceptis his, qui in octo supra memoratis prœliis trucidati sunt. Eodem quoque anno Saxones cum iisdem Paganis,

1 *Sic Ed. P. & MS. Cott. Deest Ed. Cam.*

ea conditione, ut ab eis diſcederent, pacem pepigerunt, quod & impleverunt.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXII. nativitatis autem Ælfredi regis vigeſimo [1] quarto, præfatus Paganorum exercitus Londoniam adiit, & ibi hyemavit; cum quo Mercii pacem pepigerunt.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXIII. nativitatis autem Ælfredi regis vigeſimo [2] quinto, ſæpe memoratus exercitus Londoniam deſerens in Northanhymbrorum regionem perrexit, & ibi hyemavit in paga, quæ dicitur Lindeſig; cum quo iterum Mercii pacem pepigerunt.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXIV. nativitatis autem Ælfredi regis vigeſimo [3] ſexto, ſupra memoratus ſæpe exercitus Lindiſſig deſerens, Merciam adiit, & hyemavit in loco, qui dicitur Hreopedune: Burghredum quoque Merciorum regem regnum ſuum deſerere, & ultra mare exire, & Romam adire contra voluntatem ſuam coegit vigeſimo ſecundo regni ſui anno; qui poſtquam Romam adierat, non diu vivens [4] ibi defunctus eſt; & in ſchola Saxonum, in eccleſia ſanctæ Mariæ honorifice ſepultus, adventum domini, & primam cum juſtis reſurrectionem expectat. Pagani quoque poſt ejus expulſionem totum Merciorum regnum ſuo dominio ſubdiderunt; quod tamen miſerabili conditione cuidam inſipienti miniſtro [5] regis ([6] ejus nomen erat Ceolwulf) eodem pacto cuſtodien-

1 Tertio *MS. Cott. Edd. P. & C.* 2 Quarto *MS. Cott. Edd. P. & C.* 3 Quinto *MS. Cott. Edd. P. & C.* 4 *Sic Flor.* Ibidem functus eſt *in cæteris.* 5 *Deeſt MS. Cott.* 6 Cujus *Fl.*

dum

dum commendaverunt, ut qualicunque die illud vellent habere iterum, pacifice illis aſſignaret; quibus in eadem conditione obſides dedit & juravit, nullo modo ſe voluntati eorum contradicere velle, ſed obediens in omnibus eſſe.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXV. nativitatis autem Ælfredi regis vigeſimo [1] ſeptimo, ſupra memoratus ſæpe exercitus Hreopedune deſerens, in duas ſe diviſit turmas; cujus altera pars cum [2] Healſtene in regionem Northanhymbrorum perrexit, & ibi hyemavit juxta flumen, quod dicitur Tine; & totam Northanhymbrorum regionem ſuo ſubdidit dominio; nec non & Pictos, & Stratduttenſes depopulati ſunt: altera quoque pars cum [3] Gothrum & Oſſcytil & Amund tribus Paganorum regibus ad locum, qui dicitur Grantebrycge, pervenit & ibi hyemavit.

Eodem anno Ælfred rex navali prœlio in mare contra ſex naves Paganorum belligeravit, & unam ex eis cepit, cæteris per fugam elapſis.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXVI. nativitatis autem Ælfredi regis vigeſimo [4] octavo ſæpe memoratus Paganorum exercitus noctu de Grantebrycge exiens, caſtellum, quod dicitur Werham, intravit; (quod monaſterium ſanctimonialium inter duo flumina Fraw [5] [& Terente,] & in paga, quæ dicitur Britannice Durngueis, Saxonice autem Thornſæta, tutiſſimo terrarum ſitu ſitum eſt, niſi ab occidentali parte tantummodo, ubi contigua terra eſt) cum quo exercitu Ælfred rex fœdus firmiter ea condi-

1 Sexto *MS. Cott. Edd. P. & C.* 2 Healfdene *Fl. &c.* 3 Guthrum *Fl. &c.* 4 Sexto *MS. Cott. Edd. P. & C.* 5 *Flor.*

tione, ut ab eo discederent, pepigit; cui ille exercitus electos obsides, quantos solus nominavit, sine ulla controversia dedit: nec non & sacramentum in omnibus reliquiis, quibus ille rex maxime post dominum confidebat, juravit (in quibus [1] & super armillam, super quam nec alicui genti prius jurare voluit) citissime de regno suo se exiturum esse; sed more suo solita fallacia utens, & obsides & juramentum, atque fidem promissam non custodiens, nocte quadam foedere disrupto omnes equites, quos [2] [rex] habebat, occidit; versusque inde Domnaniam ad [3] [alium] locum, qui dicitur Saxonice Eaxanceastre, Britannice autem Cairwisc; Latine quoque civitas [4] [Exæ, quæ] in orientali ripa fluminis Wisc sita est, prope mare meridianum, [5] quod interluit Galliam Britanniamque inopinate direxit, & ibi hyemavit.

Eodem quoque anno Halfdene rex illius partis Northanhymbrorum totam regionem sibimet & suis divisit, & illam cum suo exercitu coluit.

[6] Eodem anno Rollo cum suis Normanniam penetravit. Idem Normannorum dux Rollo cum in antiqua Britannia sive Anglia hyemaret, militaribus fretus copiis, quadam nocte fruitur visione mox futuræ certitudinis. De hoc Rollone vide plura in annalibus.

Anno DCCCLXXVII. Pagani instante tempore autumnali partim in Exeanceastre reside-

1 *Desunt MS. Cott. & Fl.* 2 *Sic Fl. Deest MS. Cott. Edd. P. & C.* 3 *Sic MS. Cott. Deest Edd. P. & C.* 4 *Flor.* 5 *Sic Fl.* Quia *MS. Cott. Edd. P & C.* 6 *Sectionem hanc & duas proxime sequentes omittit vetus MS. Cott. inseruit tamen (locis licet non suis) recentior manus.*

bant,

bant, & pars Merciam prædatura recessit. Crescebat insuper diebus singulis perversorum numerus, adeo quidem, ut si triginta ex eis millia una die necarentur, alii succedebant numero duplicato. Tunc rex Ælfredus jussit cymbas & galeas, id est, longas naves fabricari per regnum, ut navali prœlio hostibus adventantibus obviaret; impositisque piratis in illis vias maris custodiendas commisit: ipse vero Eaxanceastre, ubi Pagani hyemabant, properans, illis inclusis civitatem obsedit; nautis quoque suis mandavit, ut in parte freti vitale hostibus subsidium denegarent: occurrerunt autem nautis suis centum & viginti naves armatis militibus oneratæ, qui in auxilium suorum concivium advenerunt; quas cum Paganis militibus ministri regis cognovissent repletas, ad arma prosiliunt, & viriliter barbaras nationes invadunt: Pagani vero, qui jam fere per mensem inter fluctus pelagi naufragium pertulissent, inutiliter prœlium reddiderunt: unde in momento agminibus eorum laceratis, in loco qui Gnavewic dicitur, undis submersi omnes pariter perierunt. [1]

Eodem anno exercitus Paganorum Werham deserens, partim equitando, partim navigando, cum pervenerunt ad locum, qui Suanavine dicitur, perierunt centum & viginta è navibus: equestrem vero exercitum rex Ælfredus insequebatur tunc, quousque venit ad Exanceastriam: ibi accepit obsides, & juramentum ab eo, ut cito [2] discederent." [3]

1 Hæc forsan ex alio exemplari. *Notula in MS. Cott.* 2 Discederet *Ed. P.* 3 Ex Annalibus Asserii. *Not. in MS. Cott.*

Ipso

Ipſo anno, menſe Auguſto, ille exercitus perrexit in Merciam; & illam regionem Merciorum partim dedit Cleolwulfo cuidam inſipienti regis miniſtro, partim inter ſe diviſit.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXVIII. nativitatis autem Ælfredi regis [1] trigeſimo, ſupra memoratus ſæpe exercitus Eaxeanceſtre deſerens, Cippanham villam regiam, quæ eſt ſita in ſiniſtrali parte Wiltunſcire; in orientali ripa fluminis, quod Britannice dicitur Abon, adiit, & ibi hyemavit; & multos ejuſdem gentis ultra mare compulit hoſtiliter, & penuria atque pavore navigare, & maxima ex parte omnes illius regionis habitatores ſuo ſubdiderunt dominio.

Eodem tempore Ælfred ſæpe ſupra memoratus rex [2] occidentalium Saxonum cum paucis ſuis nobilibus, & etiam cum quibuſdam militibus, & [3] vaſallis per ſylveſtria & gronnoſa Summurtunenſis pagæ loca in magna tribulatione, [4] inquietam vitam ducebat, (nihil enim habebat, quo uteretur, niſi quod à Paganis, & etiam à Chriſtianis, qui ſe Paganorum ſubdiderant dominio, frequentibus irruptionibus aut clam, aut etiam palam ſubtraheret) &, ut in vita ſancti patris Neoti legitur, apud quendam ſuum vaccarium.

[5] Contigit autem die quodam, ut ruſtica, uxor videlicet illius vaccarii, pararet ad coquendum panes; & ille rex ſedens ſic circa focum præparavit ſibi arcum & ſagittas, & alia bellorum inſtrumenta: cum vero panes ad ignem poſitos

1 Vigeſimo ſeptimo *MS. Cott. Edd. P. & C.* 2 *Deſunt MS. Cott.* 3 Vaſellis *Ed. P.* 4 Inquietus *Fl.* 5 *Hic loci mutilus eſt Codex Cott. uſque ad* Eodem anno frater &c. *pag.* 32.

ardentes

ardentes aſpexit illa infelix mulier, feſtinanter currit, & amovit eos, increpans regem invictiſſimum, & dicens: Heus homo:

Urere quos cernis panes, gyrare moraris,
Cum nimium gaudes hos manducare calentes?

mulier illa infauſta minime putabat illum eſſe regem Ælfredum, qui tot bella geſſit contra Paganos, tantaſque victorias accepit de eis.

Non ſolum autem eidem glorioſo regi victorias de inimicis, & proſperitatem in adverſis conferre dominus dignatus eſt; verumetiam ab hoſtibus fatigari, adverſitatibus affligi, deſpectu ſuorum deprimi, multotiens eum idem benignus dominus permiſit, ut ſciret, *quoniam unus eſt omnium dominus, cui curvatur omne genu, cujus in manu corda ſunt regum, qui ponit de ſede potentes, & exaltat humiles*, qui ſuos fideles in ſumma proſperitate poſitos flagellis adverſitatum vult aliquando tangi; ut depreſſi, de Dei miſericordia non deſperent, & exaltati de honore non ſuperbiant; ſed etiam ſciant, cui debent omnia, quæ habent. Quam ſiquidem adverſitatem præfato regi illatam non immerito ei eveniſſe credimus, quia in primo tempore regni ſui, cum adhuc juvenis erat, animoque juvenili detentus fuerat, homines ſui regni ſibique ſubjecti, qui ad eum venerant, & pro neceſſitatibus ſuis eum requiſierant, & qui depreſſi poteſtatibus erant, ſuum auxilium ac patrocinium implorabant; ille vero [1] noluit eos audire, nec aliquod auxilium impendebat, ſed omnino eos nihili pendebat: quod beatiſſimus vir Neo-

1 Voluit *Ed. P.*

tus

tus adhuc vivens in carne, qui erat cognatus ſuus, intimo corde doluit; maximamque adverſitatem ob hoc ei venturam ſpiritu prophetico plenus prædixerat; ſed ille & piiſſimam viri Dei correptionem parvi pendebat, & veriſſimam ejus prophetiam non recipiebat. Quia igitur quicquid ab homine peccatur, aut hic, aut in futuro neceſſe eſt ut quolibet modo puniatur; noluit verus ac pius judex illam regis inſipientiam eſſe impunitam in hoc ſeculo; quatenus illi parceret in diſtricto judicio. Quare ergo idem ſæpedictus Ælfredus in tantam miſeriam ſæpius incidit, ut nemo ſubjectorum ſuorum ſciret, ubi eſſet, vel quo deveniſſet."

Eodem anno frater Hynguari & Healfdenæ cum viginti & tribus navibus de Demetica regione, in qua hyemaverat, poſt multas ibi Chriſtianorum ſtrages factas ad Domnaniam enavigavit, & ibi à miniſtris regis cum mille & ducentis infelici exitu perperam agens occiſus eſt ante arcem Cynuit; quia in eadem arce multi miniſtri regis cum ſuis ſe concluſerant confugii cauſa. Sed cum Pagani arcem imparatam atque omnino immunitam, niſi quod mœnia noſtro more erecta ſolummodo haberet, cernerent, (non enim effringere moliebantur, quia & ille locus ſitu terrarum tutiſſimus eſt ab omni parte, niſi ab orientali, ſicut nos ipſi vidimus) obſidere eam cœperunt; putantes homines illos manum cito daturos fame, & ſiti, & [1] obſidione coactos; quia nulla aqua illi arci contigua eſt: quod non ita, ut putabant, evenit:

1 Obſeſſione *MS. Cott.*

nam,

nam, Chriſtiani antequam talem penuriam omnino ſubire paterentur, divinitus inſtigati, multo melius judicantes, aut mortem, aut victoriam mereri, diluculo ſuper Paganos ex improviſo irrumpunt, & [1] à primo tempore hoſtes hoſtiliter cum rege ſuo maxima ex parte, paucis ad naves per fugam elapſis, proſternunt, [2] ibique acceperunt ſpolia non minima: in quo etiam acceperunt illud vexillum, quod [3] Reafan nominant: dicunt enim quod tres ſorores [4] Hungari & Habbæ, filiæ videlicet Lodebróchi illud vexillum texuerunt, & totum paraverunt illud uno meridiano tempore: dicunt etiam, quod in omni bello, ubi præcederet idem ſignum, ſi victoriam adepturi eſſent, appareret in medio ſigni quaſi corvus vivens volitans: ſin vero vincendi in futuro fuiſſent, penderet directe nihil movens: & hoc ſæpe probatum eſt.

Eodem anno poſt Paſcha Ælfred rex cum paucis [5] adjutoribus fecit arcem in loco, qui dicitur Æthelingaeg, & de ipſa arce ſemper cum nobilibus [6] vaſallis Summurtunenſis [pagæ] [7] contra Paganos infatigabiliter [8] rebellavit; iterumque in ſeptima hebdomada poſt Paſcha ad petram [9] Ægbryhta, quæ eſt in orientali parte ſaltus, qui dicitur Selwdu, Latine autem ſylva magna, Britannice Coitmaur, equitavit; ibique obviaverunt illi omnes accolæ Summurtunenſis pagæ, & Wiltunenſis; omnes accolæ Hamtunenſis pagæ, qui non ultra mare, pro metu Paganorum

1 *Sic Flor.* Aprino *Edd. P. & C.* 2 *Abhinc ad* Eodem anno poſt Paſcha *ſilet MS. Cott.* 3 Reafau *MS. Cott. Edd. P. & C.* 4 Hinguari *Ed. P.* 5 *Deeſt MS. Cott.* 6 Faſſellis Summurtunenſis Paganos infatigabiliter rebellavit *MS. Cott.* 7 *Deeſt Fl.* 8 Debellavit *Fl.* 9 Ecgbrihti *Fl.*

navigaverant; visoque rege, sicut dignum erat, quasi redivivum post tantas tribulationes recipientes, immenso repleti sunt gaudio, & ibi castrametati sunt una nocte. Diluculo sequenti illucescente rex [1] inde castra commovens, venit ad locum, qui dicitur Æcglea, & ibi una nocte castrametatus est. Inde sequenti mane illucescente vexilla commovens ad locum, qui dicitur Ethandum, venit; & contra universum Paganorum exercitum cum densa testudine atrociter belligerans, animoseque diu persistens, divino nutu tandem victoria potitus, Paganos maxima cæde prostravit, & fugientes usque ad arcem percutiens persecutus est; & omnia, quæ extra arcem invenit, homines scilicet, & equos, & pecora, confestim cædens homines, surripuit, & ante portas Paganicæ arcis cum omni exercitu suo viriliter castrametatus est: cumque ibi per quatuordecim dies remoraretur, Pagani fame, frigore, timore, & ad extremum, desperatione perterriti, pacem ea conditione petierunt, ut rex nominatos obsides, quantos vellet, ab eis acciperet, & ille nullum eis daret: ita tamen, qualiter nunquam cum aliquo pacem ante pepigerant: quorum legatione audita rex [2] sua ipsius misericordia motus, nominatos, quantos voluit, obsides ab eis accepit; quibus acceptis, Pagani insuper juraverunt, se citissime de suo regno exituros: nec non & Godrum rex eorum Christianitatem subire, & baptismum sub manu Ælfredi regis accipere promisit: quæ omnia ille & sui, ut promiserant, impleverunt. Nam post

1 *Sic MS. Cott.* In castra *Edd. P. & C.* 2 Suatim *Fl.*

hebdo-

hebdomadas [[1] septem] Godrum Paganorum rex cum triginta [2] electissimis de exercitu suo viris ad Ælfred regem prope Æthelingaeg, in loco, qui dicitur [3] Alre pervenit, quem Ælfred rex in filium adoptionis sibi suscipiens, de fonte [4] sacro baptismatis elevavit; cujus chrismatis solutio octavo die in villa regia, quæ dicitur Wædmor, fuit: qui postquam baptizatus fuit, duodecim noctibus cum rege mansit; cui rex cum suis omnibus multa & optima ædificia largiter dedit.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXIX. nativitatis autem Ælfredi regis [5] trigesimo primo, præfatus Paganorum exercitus de Cippanhamme, ut promiserat, consurgens Cirrenceastre adiit, qui Britannice Cairceri nominatur, quæ est in meridiana parte Huicciorum; ibique per unum annum mansit.

Eodem anno magnus Paganorum exercitus de ultramarinis partibus navigans in [6] Thamesin fluvium venit, & adunatus est superiori exercitui; sed tamen hyemavit in loco, qui dicitur Fullonham, juxta flumen [7] Thamesin.

Eodem anno eclipsis solis inter nonam & [8] vesperam, sed propius ad nonam, facta est.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXX. nativitatis autem Ælfredi regis [9] trigesimo secundo, sæpe memoratus Paganorum exercitus Cirrenceastre deserens, ad orientales Anglos perrexit, ipsamque regionem dividens, cœpit inhabitare.

1 *Sic Flor.* Tres *Chron. Sax.* 2 Electissimus *Ed. P.* 3 Aalr *Fl.* 4 Sacri *Fl.* 5 Vigesimo octavo *MS. Cott. Edd. P. & C.* 6 Thamensem *MS. Cott.* 7 Thamensis *Ed. P.* 8 Vespernam *Ed. Cam.* 9 Vigesimo nono *MS. Cott. Edd. P. & C.*

Eodem anno exercitus Paganorum, qui in Fullonham hyemaverat, Britannicam insulam deserens, iterum ultra mare navigans, ad orientalem Franciam perrexit, & per unum annum, in loco, qui dicitur [1] Gaent, mansit.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXXI. nativitatis autem Ælfredi regis [2] trigesimo tertio, præfatus exercitus superius in Franciam perrexit; contra quem Franci pugnaverunt; & finito prœlio Pagani equis inventis equites facti sunt.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXXII. nativitatis autem Ælfredi regis [3] trigesimo quarto, præfatus exercitus suas naves per flumen, quod dicitur [4] Mese sursum tanto longe in Franciam pertraxit, & ibi uno anno hyemavit.

Et eodem anno Ælfred Angulsaxonum rex navali prœlio contra Paganicas naves in mare congressus est; ex quibus duas cepit naves, occisis omnibus, qui in eis erant; duarumque aliarum navium duo principes cum omnibus suis sociis valde prœlio & vulneribus fatigati, depositis armis, curvo poplite, & supplicibus precibus dederunt se regi.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXX III. nativitatis autem Ælfredi regis [5] trigesimo quinto, præfatus exercitus naves suas per flumen, quod dicitur [6] Scald, contra flumen navigans, ad monasterium sanctimonialium, quod

1 Gendi *MS. Cott.* Gendi *i. e.* Gent *Fl.* 2 Trigesimo *MS. Cott. Edd. P. & C.* 3 Trigesimo primo *MS. Cott. Edd. P. & C.* 4 *Sic Fl.* Mæse *Chron. Sax. sed MS. Cott. Edd. P. & C. legunt* Ine, se sursum &c. *i.e.* me se *&c.* 5 Trigesimo secundo *MS. Cott. Edd. P. & C.* 6 Scaldad *Fl.*

dicitur Cundoht, traxit, & ibi anno uno manſit.

Anno dominicæ incarnationis [1] DCCCLXXX IV. nativitatis autem Ælfredi regis [2] trigeſimo ſexto præfatus exercitus in duas turmas diviſit: una etenim turma in orientalem Franciam perrexit; & altera ad Britanniam veniens, Cantium adiit, civitatemque, quæ Hrofeſceaſtre Saxonice dicitur, in orientali ripa fluminis Medwæg ſitam obſedit: ante hujus portam Pagani caſtellum ibimet firmum ſubito fabricaverunt, nec tamen illam civitatem expugnare potuerunt, quia cives illi ſe viriliter defenderunt, quouſque Ælfred rex cum magno exercitu adjutorium illis conferens ſupervenit; & tunc Pagani relicta arce ſua, & omnibus equis, quos de Francia ſecum adduxerant, derelictis; maxima parte nec non captivorum ſuorum in arce dimiſſa, adveniente ſubito rege, ad naves ſuas confeſtim confugiunt, & Saxones ſtatim derelictos à Paganis captivos & equos diripiunt: Pagani itaque magna neceſſitate compulſi, eadem æſtate iterum Franciam adierunt.

Eodem anno Ælfred Angulſaxonum rex claſſem ſuam de Cantio, plenam bellatoribus in orientales Anglos dirigens, prædandi cauſa tranſmiſit; cumque ad oſtium Sturæ fluminis advenissent, confeſtim tredecim naves Paganorum paratæ ad bellum, obviaverunt eis, initoque navali prœlio, hinc inde acriter pugnantes Pagani omnes occiſi; & omnes naves cum omni pecunia eorum captæ ſunt. Cumque inde victrix re-

1 DCCCLXXXV. *Fl.* 2 Trigeſimo quarto *Edd. P. & C.* Trigeſimo tertio *MS. Cott.*

gia

gia classis [1] dormiret, Pagani, [2] qui ad orientalem Anglorum regionem habitabant, congregatis undecunque navibus, eidem regiæ classi in ostio ejusdem fluminis in mari obviaverunt, consertoque navali prœlio, Pagani victoriam habuerunt.

Eodem quoque anno [3] Carolomannum Francorum occidentalium regem, aprorum venationem agentem singulari congressione horrendo dente [4] aper dilacerans, miserabili funere percussit; cujus frater Hlothwicus [5] superiori anno defunctus est, qui & ipse erat etiam Francorum rex: ipsi etenim ambo filii Hlothwici regis Francorum erant: qui etiam Hlothwicus supra memorato anno, quo eclipsis solis facta est, defunctus est: ipse quoque Hlothwicus filius Caroli Francorum regis erat, cujus filiam Juthittam Æthelwulfus occidentalium Saxonum rex ad reginam sibi paterna voluntate suscepit.

Eodem quoque anno magnus Paganorum exercitus de Germania in regionem antiquorum Saxonum, quod Saxonice dicitur Ealdseaxum, supervenit; contra quos adunatis viribus iidem Saxones & Frisones [6] ibidem in uno illo anno viriliter pugnavere; in quibus duobus bellis Christiani divina opitulante misericordia victoriam habuere.

Eodem quoque anno Farlus Almannorum rex occidentalium Francorum regnum, & omnia regna, quæ sunt inter mare [7] terrenum, & illum

1 *Sic MS. Cott. Edd. P. & C.* Rediret *Fl.* 2 *Deest MS. Cott.* 3 Carlomannum *MS. Cott.* 4 *Deest MS. Cott.* 5 Tertio ante anno *Fl.* 6 Bis *Fl.* 7 Tyrrhenum *per novam manum in MS. Cott.* Thirrenum *Fl. impr.* Mediterraneum *Chron. Sax.*

marinum ſinum, qui inter antiquos Saxones & Gallos adjacet, voluntario omnium conſenſu accepit; abſque Armoricano ([1] id eſt, minori Britannia") regno. Qui Farlus Hlothwici regis filius fuit; ipſe vero Hlothwicus germanus Caroli regis Francorum, patris videlicet [2] Juthittæ reginæ prædictæ, erat; qui etiam duo germani fuerunt filii Hlothwici; Hlothwic vero ille filius [3] Karoli magni & antiqui atque ſapientiſſimi; qui etiam fuit filius Pipini.

Eodem anno beatæ memoriæ Marinus Papa univerſitatis viam migravit, qui ſcholam Saxonum in Roma morantium, pro amore & deprecatione Ælfredi Angulſaxonum regis ab omni tributo, & talento telonio benigne liberavit; qui etiam multa dona prædicto regi illa vice tranſmiſit; inter quæ dedit [4] etiam non parvam illius ſanctiſſimæ ac venerabiliſſimæ crucis partem, in qua dominus noſter Jeſus Chriſtus pro univerſali hominum ſalute pependit.

Eodem quoque anno ille Paganorum exercitus, qui in orientalibus Anglis habitavit, pacem, quam cum Ælfredo rege pepigerat, opprobrioſe fregit.

Igitur ut ad id, unde digreſſus ſum, redeam, ne diuturna enavigatione portum optatæ quietis omittere cogar; aliquantulum, quantum notitiæ meæ innotuerit, de vita & moribus, & æqua converſatione, atque ex parte non modica, res geſtas domini mei Ælfredi Angulſaxonum regis, poſtquam præfatam ac venerabilem de Merciorum nobilium genere conjugem du-

1 *Deſunt MS. Cott.* 2 Judittæ *MS. Cott.* 3 Pipini ſive Caroli *MS. Cott.* 4 Ei *Fl.*

xerit,

xerit, Deo annuente, ſuccinctim ac breviter, ne qua prolixitate narrandi nova quæque faſtidientium animos offendam, ut promiſi, expedire procurabo.

Cum ergo nuptias honorabiliter in Mercia factas inter innumerabiles utriuſque ſexus populos ſolemniter celebraret; poſt diuturna die noctuque convivia ſubito & immenſo, atque omnibus medicis incognito confeſtim coram omni populo correptus eſt dolore: incognitum enim erat omnibus, qui tunc aderant, & etiam huc uſque quotidie cernentibus, (quod proh dolor! peſſimum eſt, tantam diuturnitatem à vigeſimo ætatis ſuæ anno uſque quadrageſimum, & eo amplius annum per tanta annorum curricula inceſſanter protelaſſe) unde talis dolor oriebatur: multi namque favore & faſcinatione circumſtantis populi hoc factum eſſe autumabant; alii [1] Diaboli quadam invidia, qui ſemper bonis invidus exiſtat; alii inuſitato quodam genere febris; alii ficum exiſtimant: quod genus infeſtiſſimi doloris etiam ab infantia habuit; ſed quodam tempore divino nutu antea cum Cornubiam venandi cauſa adiret, & ad quandam eccleſiam orandi cauſa divertiſſet, in qua ſanctus [2] Gueryr requieſcit, & nunc etiam ſanctus [3] Neotus ibidem pauſat, ſublevatus eſt, (erat enim ſedulus ſanctorum locorum viſitator etiam ab infantia, orandi & eleemoſynam dandi gratia) diu in oratione tacita proſtratus, ita domini miſericordiam deprecabatur, quatenus omnipotens Deus pro ſua immenſa clementia ſtimu-

1 Diabolica *MS. Cott. Edd. P. & C.* 2 Gueriir *Ed. P.* 3 Niot *Fl. & MS. Cott.*

los

los præſentis & infeſtantis infirmitatis aliqua qualicunque leviori infirmitate mutaret; ea tamen conditione, ut corporaliter exterius illa infirmitas non appareret, ne inutilis & deſpectus eſſet (timebat lepram aut cœcitatem, vel aliquem talem dolorem, qui homines tam cito & inutiles & deſpectos ſuo adventu efficiunt) oratione autem finita cœptum iter arripuit, & non multo poſt tempore, ut in oratione deprecatus fuerat, ſe ab illo dolore medicatum eſſe divinitus ſenſit, ita, ut funditus eradicaretur: quamvis & hunc dolorem in primævo juventutis ſuæ flore devota oratione & frequenti Deo ſupplicatione pius, ſupplex, nactus fuerat. Nam, ut de benevola mentis ſuæ devotione Deo ſuccinctim ac breviter, quamvis præpoſterato ordine, loquar; cum in primævo juventutis ſuæ flore, ante quam propriam conjugem duceret, mentem ſuam propriam in Dei mandatis ſtabilire vellet; & ſe à carnali deſiderio abſtinere non poſſe cerneret; offenſam Dei incurrere, ſi aliquid contrarium voluntati illius perageret, [1] metuens; ſæpiſſime galli cantu & matutinis horis clam conſurgens, eccleſias & reliquias ſanctorum orandi cauſa viſitabat; ibique diu proſtratus orabat, quo Deus omnipotens propter ſuam miſericordiam mentem illius amore ſuæ ſervitutis multo robuſtius per aliquam infirmitatem, quam poſſet ſuſtinere; non tamen, quo eum indignum & inutilem in mundanis rebus faceret, ad ſe penitus convertens corroboraret: cumque hoc ſæpius magna mentis devotione

1 *Deeſt MS. Cott.*

ageret, poſt aliquantulum intervallum præfatum fici dolorem Dei munere incurrit, in quo diu & ægre per multos annos [1] roborans ſe, etiam de vita deſperabat, quouſque oratione facta à ſe penitus eum amovit: ſed, proh dolor! eo amoto alius infeſtior in nuptiis, ut diximus, eum arripuit, qui a vigeſimo ætatis ſuæ anno uſque ad quadrageſimum quintum eum die noctuque inceſſabiliter fatigavit: ſed, ſi aliquando Dei miſericordia unius diei aut noctis, vel etiam unius horæ intervallo illa infirmitas ſepoſita fuerat; timor tamen ac tremor illius execrabilis doloris unquam eum non deſerit, ſed quaſi inutilem eum, ut ei videtur, in divinis & humanis rebus propemodum effecit.

Nati ſunt ergo ei filii & filiæ de ſupradicta conjuge ſua; ſcilicet Æthelflœd primogenita, poſt quam Eadwerd, deinde Æthelgeofu, poſtea Ælfthryth, deinde Æthelweard natus eſt; exceptis his, qui in infantia morte præveniente præoccupati ſunt; de quorum numero eſt [2] [Edmundus.] Æthelflœd, adveniente matrimonii tempore, Eadredo Merciorum comiti matrimonio copulata eſt: Æthelgeofu quoque monaſticæ vitæ regulis, devota Deo virginitate, ſubjuncta & conſecrata, divinum ſubiit ſervitium: Æthelweard omnibus junior [3] ludis literariæ diſciplinæ, divino conſilio & admirabili regis providentia, cum omnibus pene totius regionis no-

1 *Sic Fl.* Laborans *MS. Cott. Edd. P. & C.* 2 *Lacunam hanc ſupplevimus ex Tho. Rudborne Hiſtoria Majori p.* 207. (*id quod prius notaverat Cl. Tyrrell. Hiſt. Angl. p.* 211.) *ubi dicitur, Edmundum hunc fuiſſe primogenitum filium Ælfredi, & paulo poſtquam regali diademate, vivo adhuc Patre, inſignitus fuerit, mortem obiiſſe, atque in Eccleſia Wintonienſi ſepultum fuiſſe.* 3 *Sic MS. Cott.* Ludi *Edd. P. & C.*

bilibus infantibus, & etiam multis ignobilibus, ſub diligenti magiſtrorum cura traditus eſt; in qua ſchola utriuſque linguæ libri, Latinæ ſcilicet & Saxonicæ aſſidue legebantur: ſcriptioni quoque vacabant, ita, ut antequam aptas humanis artibus vires haberent, venatoriæ ſcilicet, & cæteris artibus, quæ nobilibus conveniunt, in liberalibus artibus ſtudioſi & ingenioſi viderentur: Eadwerd & Ælfthryth ſemper in curto regio nutriti cum magna nutritorum & nutricum diligentia; immo, cum magno omnium amore, & ad omnes indigenas & alienigenas humiliata affabilitate, & etiam lenitate, & cum magna patris ſubjectione huc uſque perſeverant: nec etiam illi ſine liberali diſciplina inter cætera præſentis vitæ ſtudia, quæ nobilibus conveniunt, otioſe & incurioſe permittuntur; nam & pſalmos, & Saxonicos libros, & maxime Saxonica carmina ſtudioſe didicere, & frequentiſſime libris utuntur.

Interea tamen rex inter bella & præſentis vitæ frequentia impedimenta, nec non Paganorum infeſtationes, & quotidianas corporis infirmitates, & regni gubernacula regere & omnem venandi artem agere; aurifices & artifices ſuos omnes, & [1] falconarios, & accipitrarios, caniculaios quoque docere; & ædificia ſupra omnem anteceſſorum ſuorum conſuetudinem, venerabiliora & pretioſiora nova ſua machinatione facere; & Saxonicos libros recitare; & maxime carmina Saxonica memoriter diſcere, aliis imperare; & ſolus aſſidue pro viribus ſtudioſiſſime

1 Fulconarios *MS. Cott. Edd. P. & C.*

non desinebat; divina quoque ministeria, & missam scilicet, quotidie audire, psalmos quosdam & orationes, & horas [1] diurnas, & nocturnas celebrare, & ecclesias nocturno tempore, ut diximus, orandi causa, clam à suis adire solebat & frequentabat; eleemosynarum quoque studio & largitati indigenis & advenis omnium gentium; ac maxima & incomparabili contra omnes homines affabilitate atque jocunditate; & ignotarum rerum investigationi solerter se jungebat. Franci autem multi, Frisones, Galli, Pagani, Britones & Scoti, Armorici sponte se suo dominio subdiderant, nobiles scilicet & ignobiles; quos omnes, sicut suam propriam gentem, secundum suam dignitatem regebat, diligebat, honorabat, pecunia & potestate ditabat: divinam quoque scripturam à recitantibus indigenis, aut etiam, (si casu quodam aliunde adveniret) cum alienigenis pariter preces audire sedulus & solicitus solebat. Episcopos quoque suos, & omnem ecclesiasticum ordinem, comites, ac nobiles suos, ministeriales etiam, & omnes familiares, admirabili amore diligebat: filios quoque eorum, qui in regali familia nutriebantur, non minus propriis diligens, omnibus bonis moribus instituere, & literis imbuere solus die noctuque inter cætera non desinebat, sed quasi nullam in his omnibus consolationem haberet, & nullam aliam intrinsecus & extrinsecus perturbationem pateretur: ita tamen quotidiana & nocturna anxius tristitia ad dominum & ad omnes, qui sibi familiari dilectione ad-

1 *Sic Ed. P.* Divinas *Ed. C.*

sciti

sciti forent, [1] querelabatur & assiduo gemebat suspirio; eo quod Deus omnipotens eum expertem divinæ sapientiæ, & liberalium artium fecisset; in hoc pium & opinatissimum atque opulentissimum Salomonem Hebræorum regem æquiparans, qui primitus despecta omni præsenti gloria & divitiis, sapientiam à Deo deposcit, & etiam utramque invenit, sapientiam scilicet, & præsentem gloriam; sicut scriptum est, *Quærite ergo primum regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia præstabuntur vobis.* Sed Deus, qui est semper inspector internarum mentium, meditationum & omnium bonarum voluntatum instigator; nec non etiam, ut habeantur bona desiderata, largissimus administrator, (neque enim unquam aliquem bene velle instigaret, nisi & hoc, quod bene & juste quisque habere desiderat, largiter administraret) instigavit mentem ejus interius, non extrinsecus; sicut scriptum est, *Audiam, quid loquatur in me dominus Deus.* Coadjutores bonæ meditationis suæ, qui eum in desiderata sapientia adjuvare possent, quo ad concupita perveniret, quandocunque posset, acquireret: qui subinde (velut avis prudentissima, quæ primo mane charis è cellulis consurgens æstivo tempore, per incerta aeris itinera cursum veloci volatu dirigens, super multiplices ac diversos herbarum, olerum, fruticum flosculos descendit, probatque quid maxime placuerit, atque domum reportat) mentis oculos longum dirigit, quærens extrinsecus, quod intrinsecus non habebat, id est, in proprio regno suo.

1 Querelaretur *Ed. P.*

At tunc Deus quædam ſolatia regiæ benevolentiæ, tam benevolam & juſtiſſimam querelam illius diutius non ferens, veluti quædam luminaria, tranſmiſit Werfrithum, ſcilicet Wigernenſis eccleſiæ epiſcopum, in divina ſcilicet ſcriptura bene eruditum; qui imperio regis libros dialogorum Gregorii Papæ & Petri ſui diſcipuli, de Latinitate primus in Saxonicam linguam, aliquando ſenſum ex ſenſu ponens, elucubratim & elegantiſſime interpretatus eſt: Deinde Plegmundum Mercium genere, Dorobernenſis eccleſiæ archiepiſcopum, venerabilem ſcilicet virum, ſapientia præditum: Æthelſtan quoque & Werwulfum ſacerdotes & capellanos, Mercios genere, eruditos; quos quatuor Ælfred rex de Mercia ad ſe advocaverat, & multis honoribus & poteſtatibus extulit in regno occidentalium Saxonum; exceptis his, quæ Plegmundus archiepiſcopus, & Werfrithus epiſcopus in Mercia habebant: quorum omnium doctrina & ſapientia regis indeſinenter deſiderium creſcebat & implebatur; nam die noctuque, quandocunque aliquam licentiam haberet, libros ante ſe recitare talibus imperabat; (non enim unquam ſine aliquo eorum ſe eſſe pateretur) quapropter pene omnium librorum notitiam habebat, quamvis per ſeipſum aliquid adhuc de libris intelligere non poſſet; non enim adhuc aliquid legere inceperat.

Sed, cum adhuc nec in hoc quoque regalis avaritia, ſed tamen laudabilis, grata eſſet; legatos ultra mare ad Galliam magiſtros acquirere [1] direxit, indeque advocarit Grimbaldum

1 *Sic MS. Cott.* Dixerit *Edd. P. & C.*

ſacer-

ſacerdotem & monachum, venerabilem videlicet virum, cantatorem optimum, & omni modo eccleſiaſticis diſciplinis, & in divina ſcriptura eruditiſſimum, & omnibus bonis moribus ornatum: Johannem quoque æque presbyterum, & monachum acerrimi ingenii virum, & in omnibus diſciplinis literatoriæ artis eruditiſſimum, & in multis aliis artibus artificioſum; quorum doctrina regis ingenium multum dilatatum eſt, & eos magna poteſtate ditavit & honoravit.

His temporibus ego quoque à rege advocatus de occiduis & ultimis Britanniæ finibus ad Saxoniam adveni: cumque per multa terrarum ſpatia illum adire propoſueram, uſque ad regionem dexteralium Saxonum, quæ Saxonice Suthſeaxum appellatur, ductoribus ejuſdem gentis comitantibus perveni; ibique illum in villa regia, quæ dicitur Dene, primitus vidi: cumque ab eo benigne ſuſceptus fuiſſem, inter cætera ſententiarum noſtrarum famina, me obnixe rogabat, ut devoverem me ſuo ſervitio, & familiaris ei eſſem; & omnia, quæ in ſiniſtrali & occidentali Sabrinæ parte habebam, pro eo relinquerem; quod etiam majori mihi remuneratione reddere pollicebatur, quod & faceret. Reſpondi ego, "Me talia incaute & temerarie "promittere non poſſe; injuſtum enim mihi "videbatur, illa tam ſancta loca, in quibus nu-"tritus, & doctus ac coronatus fueram, atque "ad ultimum ordinatus, pro aliquo terreno "honore & poteſtate derelinquere, niſi coa-"ctus & compulſus." Ad quod ille ait: "Si "nec tibi hoc ſuppetat ſubire, ſaltem dimidiam "partem ſervitii tui mihi accommoda; ita ut

"per

"per ſex menſes mecum fueris, & tantundem "in Britannia." Ad quod ego taliter reſpondi; "Nec hoc ſuaviter, & temerarie ſine con- "ſilio meorum poſſe promittere." At vero, cum illum meum ſervitium (ſed neſciebam quare) deſiderare cognoſcerem, promiſi, me iterum ad eum poſt ſex menſes, ſoſpite vita reverſurum, cum tali reſponſo, quod mihi & meis utile, ac ſibi placabile eſſet: cumque ſibi hoc reſponſum videretur probabile, dato revertendi pignore ſtatuto tempore, quarto die ab eo equitantes ad patriam remeavimus. Sed, cum ab eo diſceſſeramus, in Wintonia civitate febris infeſta me arripuit; in qua ſedule per duodecim menſes & una hebdomada die noctuque ſine aliqua vitæ ſpe laboravi. Cumque ſtatuto tempore ad eum, ſicut promiſeram, non perveniſſem, tranſmiſit ad me [1] indiculos, qui me ad eum equitare feſtinarent, & cauſam remorationis perquirerent. Sed, cum equitare ad eum non poſſem, alium tranſmiſi ad eum [2] indiculum, qui remorationis meæ cauſam illi patefaceret; & ſi de illa infirmitate reſipiſcere poſſem, me velle implere quæ promiſeram, renunciaret. Diſcedente igitur infirmitate, ex conſilio & licentia noſtrorum omnium pro utilitate illius ſancti loci, & omnium in eo habitantium, regi ut promiſeram, ejus ſervitio me devovi ea conditione, ut per ſex menſes omni anno cum eo commanerem; aut, ſi ſimul poſſem ſex menſes protelare, aut etiam per vices, ut tribus menſibus

---

1 2 Indiculos *i. e.* Epiſtolas. *Sed* Indiluculos *&* Indiluculum *MS. Cott. Edd. P. & C. Vid. Du Freſne Gloſſ.*

in

in Britannia,[1] ut tribus in Saxonia commanerem; & illa adjuvaretur per rudimenta ſancti Degui in omni cauſa, tamen pro viribus. Sperabant enim noſtri, minores tribulationes & injurias ex parte Hemeid regis ſuſtinere, (qui ſæpe deprædabatur illud monaſterium & parochiam ſancti Degui, aliquando expulſione illorum antiſtitum, qui in eo præeſſent, ſicut[2] & Novis archiepiſcopum propinquum meum & me expulit aliquando ſub ipſis) ſi ego ad notitiam & amicitiam illius regis qualicunque pacto pervenirem.

Illo enim tempore, & multo ante omnes regiones dexteralis Britanniæ partis, ad Ælfred regem pertinebant, & adhuc pertinent: Hemeid ſcilicet, cum omnibus habitatoribus Demeticæ regionis[3] ſex filiorum Rotri vi compulſus, regali ſe ſubdiderat imperio. Houil quoque filius Ris, rex Gleguiſing, & Brochmail atque[4] Fernail filii Mouric, reges Guent, vi & tyrannide Eadred comitis & Merciorum compulſi, ſuapte eundem expetivere regem, ut dominium & defenſionem ab eo pro inimicis ſuis haberent. Heliſed quoque filius[5] Teudyr, rex[6] Brechoniæ, eorundem filiorum Rotri vi coactus, dominium regis præfati ſuapte requiſivit. Anaraut quoque filius Rotri, cum ſuis fratribus ad poſtremum amicitiam Northanhymbrorum deſerens, de qua nullum bonum niſi damnum habuerat, amicitiam regis ſtudioſe requirens ad præſentiam illius advenit; cumque à rege honorifice receptus

1 *Sic MS. Cott. Edd. P. & C. Forte* Et. 2 *Ita legendum eſſe cenſuit (& in ejus ſententiam lubentiſſime concedam) Cl. Galeus, Præf. ad XV. Scriptores.* Ex nobis *MS. Cott. Edd. P. & C.* 3 Et ſex filiorum &c. *MS. Cott. Edd. P. & C.* 4 Fernmail *Ed. P.* 5 Teudubr *MS. Cott.* 6 Bracheniane *MS. Cott.*

esset, & ad manum episcopi in filium confirmationis acceptus, maximisque donis ditatus, regis dominio cum omnibus suis eadem conditione subdidit, ut in omnibus regiæ voluntati sic obediens esset, sicut Æthered cum Merciis.

Nec in vanum illi omnes regis amicitiam acquisiverunt. Nam, qui desideraverunt potestatem terrenam augere, invenerunt: qui pecuniam, pecuniam; qui familiaritatem, familiaritatem; qui utramque, utramque. Omnes autem habuerunt amorem & tutelam ac defensionem ab omni parte, qua rex seipsum cum suis omnibus defendere potuit. Cum igitur ad eum advenissem in villa regia, quæ dicitur Leonaford, honorabiliter ab eo susceptus sum, & cum eo illa vice octo mensibus in curto mansi; in quibus recitavi illi libros quoscunque ille vellet, & quos ad manum haberemus: (nam hæc est propria, & usitatissima illius consuetudo die noctuque inter omnia alia mentis & corporis impedimenta, aut per se ipsum libros recitare, aut aliis recitantibus audire) cumque ab eo frequenter licentiam revertendi quærerem, & nullo modo impetrare possem; tandem cum & licentiam omnino exposcere statuissem, diluculo vigiliæ natalis domini advocatus ad eum; tradidit mihi duas epistolas, in quibus erat multiplex supputatio omnium rerum, quæ erant in duobus monasteriis, quæ Saxonice cognominantur Amgresbyri, & Banuwille; & mihi eodem die tradidit illa duo monasteria cum omnibus, quæ in eis erant, & sericum pallium valde pretiosum, & onus viri fortis de incenso; adjiciens his verbis, "non ideo dedisse parva illa, quod sequenti

" tempore

"tempore nollet dare majora:" nam ſequentis temporis ſucceſſu, ex improviſo dedit mihi Exanceaſtre, cum omni parochia, quæ ad ſe pertinebat in Saxonia & in Cornubia; exceptis quotidianis donis innumerabilibus in omni genere terreſtris [1] copiæ, quæ hoc in loco percenſere longum eſt, ne faſtidium legentibus procreent. Sed nullus exiſtimet pro vana aliqua gloria, aut adulatione, aut majoris honoris quærendi gratia me talia hoc in loco dona commemoraſſe; quod coram Deo nec ideo feciſſe teſtor, ſed ut neſcientibus propalarem, quam profuſus in largitate ille ſit. Tunc confeſtim dedit mihi licentiam equitandi ad illa duo monaſteria omnibus bonis referta, & inde ad propria revertendi.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXX VI. nativitatis autem Ælfredi [2] trigeſimo octavo, ſæpe memoratus exercitus regionem fugiens iterum, & in occidentalium Francorum regionem venit, naves ſuas [3] dirigens in flumen, quod [4] Signe dicitur, ſurſum contra longe navigans Pariſiam civitatem adiit, & ibi hyemavit, & caſtrametatus eſt: intra quam partem fluminis prope ad pontem, ut tranſitum pontis civibus prohiberet, (quia illa civitas in medio fluminis ſita eſt in inſula parva) obſedit illam civitatem anno illo integro; ſed Deo miſericorditer favente, & civibus viriliter ſe defendentibus, munitionem irrumpere non potuit.

Eodem anno Ælfred Angulſaxonum rex, poſt incendia urbium ſtrageſque populorum, Lon-

1 Divitiæ *MS. Cott.* 2 Trigeſimo quinto *MS. Cott. Edd. P. & C.*
3 Intus *MS. Cott.* 4 Sequana *Fl.*

doniam civitatem honorifice reſtauravit, & habitabilem fecit; quam genero ſuo Ætheredo Merciorum comiti commendavit ſervandam, ad quem regem omnes Angli & Saxones, qui prius ubique diſperſi fuerant, aut cum Paganis [1] ſub captivitate erant, voluntarie converterunt, & ſuo dominio ſe ſubdiderunt.

[2] Eodem anno exorta eſt peſſima ac teterrima Oxoniæ diſcordia, inter Grymboldum, doctiſſimoſque illos viros, quos ſecum illuc adduxit, & veteres illos ſcholaſticos quos ibidem inveniſſet; qui ejus adventu leges, modos, ac prælegendi formulas ab eodem Grymboldo inſtitutas, omni ex parte amplecti recuſabant: per tres annos haud magna fuerat inter eos diſſenſio, occultum tamen fuit odium, quod ſumma cum atrocitate poſtea erupit, ipſa erat luce clarius: quod ut ſedaret, rex ille inviĉtiſſimus Ælfredus de diſſidio eo nuntio & querimonia Grymboldi certior factus, Oxoniam ſe contulit, ut finem modumque huic controverſiæ imponeret; qui & ipſe ſummos labores hauſit, cauſas & querelas utrinque illatas audiendo. Caput autem hujus contentionis in hoc erat poſitum: veteres illi ſcholaſtici contendebant, antequam Grymboldus Oxoniam deveniſſet, literas illic paſſim floruiſſe, etiamſi ſcholares tunc temporis numero erant pauciores, quam priſcis temporibus, pleriſque nimirum ſævitia ac tyrannide Paganorum expulſis; quin etiam probabant & oſtendebant, idque indubitato veterum anna-

1 Sine *Fl & MS. Cott.* 2 *Clauſulam hanc de diſcordia Oxoniæ omittunt MS. Cott. & Ed. P. è Codice autem MS. Saviliano edidit Camdenus; Sed de his alibi.*

lium

lium teſtimonio, illius loci ordines ac inſtituta à nonnullis piis & eruditis hominibus fuiſſe ſancita, ut à D. Gilda, Melkino, [1] Nennio, Kentigerno, & aliis qui omnes literis illic conſenuerunt, omnia ibidem felici pace & concordia adminiſtrantes: ac Divum quoque Germanum Oxoniam adveniſſe, annique dimidium illic eſſe moratum; quo tempore per Britanniam iter fecit adverſus Pelagianorum hæreſes concionaturus, ordines & inſtituta [2] ſupra mirum in modum comprobavit. Rex ille inaudita humilitate utramque partem accuratiſſime exaudivit; eos piis ac ſalutaribus monitis etiam atque etiam hortans, ut mutuam inter ſe conjunctionem & concordiam tuerentur. Itaque hoc animo diſceſſit rex, quoſque ex utraque parte conſilio ſuo eſſe obtemperaturos & inſtituta ſua amplexuros. At Grymboldus hæc iniquo animo ferens, ſtatim ad monaſterium Wintonienſe ab Ælfredo recens fundatum proficiſcebatur, deinde tumbam Wintoniam transferri curavit, in qua propoſuerat poſt hujus vitæ curriculum oſſa ſua reponenda, in teſtudine, quæ erat facta ſubter cancellum eccleſiæ Divi Petri in Oxonia; quam quidem eccleſiam idem Grymboldus extruxerat ab ipſo fundamento de ſaxo ſumma cura perpolito.

Anno dominicæ incarnationis DCCCLXXXVII. nativitatis autem Ælfredi regis [3] trigeſimo nono, ſupra memoratus Paganorum exercitus Pariſiam civitatem derelinquens incolumem, eo quod aliter proficere ſibimet non poterat, claſ-

1 Nemrio *Ed. C.* 2 *Forte* Supradicta. 3 Trigeſimo ſexto *MS. Cott. Edd. P. & C.*

ſem

ſem ſuam ſub illo ponte ſurſum contra Signe longe remigando, tam diu direxit, donec ad oſtium fluminis, quod [1] Materre nominatur, perveniſſet; tunc Sigonam deſerentes in oſtium [2] Materræ divertunt, contra quod diu ac longe navigantes, demum non ſine labore uſque ad locum, qui dicitur Caziei, id eſt, villa regia, pervenerunt; in quo loco hyemaverunt integro anno. Sequenti anno in oſtium fluminis, quod dicitur Jona, intraverunt, non ſine magno regionis damno, & illic remorati ſunt anno uno.

Eodem anno Farlus, Francorum rex, viam univerſitatis adiit; ſed Earnulf filius fratris ſui, ſexta, antequam defunctus eſſet, hebdomada, illum regno expulerat, quo ſtatim defuncto quinque reges ordinati ſunt, & regnum in quinque [3] partibus conſciſſum eſt; ſed tamen principalis ſedes regni ad Earnulf juſte & merito provenit, niſi ſolummodo quod in patruum ſuum indigne peccavit. Cæteri quoque quatuor reges fidelitatem & obedientiam Earnulfo, ſicut dignum erat, promiſerunt; (nullus enim illorum quatuor regum hæreditarius illius regni erat in paterna parte, niſi Earnulf ſolus:) quinque itaque reges confeſtim Farlo moriente ordinati ſunt, ſed imperium penes Earnulf remanſit.

Talis ergo illius regni [4] diviſio fuit:" nam Earnulf orientales regiones Hreni fluminis, Hroththwlf quoque internam partem regni accepit; Oda etiam occidentale regnum; Beorngar, & Witha Languobardiam, nec non & illas regiones, quæ in illa parte montis ſunt: nec tamen

1 2 Mæterne *Fl.* 3 Partes diviſum eſt *Fl.* 4 *Deſunt MS. Cott.*

tanta

tanta & talia regna inter ſe pacifice ſervaverunt; nam bis pleno prœlio inter ſe belligeravere, & illa regna perſæpe devaſtaverunt invicem, & unuſquiſque alterum expulit de regno.

Eodem quoque anno, quo ille exercitus Pariſiam civitatem deſerens Caziei adiit, Æthelhelm comes Wiltunenſium Ælfredi [1] regis & Saxonum eleemoſynam Romam duxit.

Eodem quoque anno ſæpe memoratus Ælfred Angulſaxonum rex divino inſtincto legere & interpretari ſimul uno eodemque die primitus inchoavit: ſed, ut apertius ignorantibus pateat, cauſam hujus tardæ inchoationis expedire curabo.

Nam cum quodam die ambo in regia cambra reſideremus, undecunque, ſicut ſolito, colloquia habentes, ex quodam quoddam teſtimonium libro illi evenit ut recitarem; quod cum intentus utriſque auribus audiſſet, & intima mente ſollicite perſcrutaretur, ſubito oſtendens libellum, quem in ſinum ſuum ſedulo portabat (in quo diurnus curſus, & pſalmi quidam atque orationes quædam, quas ille in juventute ſua legerat, ſcripti habebantur) imperavit, quo illud teſtimonium in eodem libello literis mandarem. Quod ego audiens, & [2] ingenioſam benevolentiam illius ex parte, atque etiam tam devotam erga ſtudium divinæ ſapientiæ voluntatem ejus cognoſcens; immenſas omnipotenti Deo grates, extenſis ad æthera volis, tacitus quamvis, perſolvi, qui tantam erga ſtudium ſapientiæ devotionem in regio corde inſeruerat: ſed, cum

1 *Forte* Regis Saxonum. 2 *Ab hoc loco uſque ad* locupletatim dictavit *p. 64. manum recentiorem exhibet Cod. Cott.*

nullum

nullum locum vacuum in eodem libello reperirem, in quo tale teſtimonium ſcribere poſſem, (erat enim omnino multis ex cauſis refertus) aliquantiſper diſtuli, & maxime, quia tam elegans regis ingenium ad majorem divinorum teſtimoniorum ſcientiam provocare ſtudebam. Cui, cum me, ut quanto citius illud ſcriberem, urgeret, inquam, "placetne tibi, quod illud teſtimo-"nium in aliqua foliuncula ſegregatim ſcribam? "Incognitum eſt enim, ſi aliquando aliquod ta-"liter aut plura reperiamus, quæ tibi placuerint "teſtimonia; quod ſi inopinate evenerit, ſegre-"gaſſe gaudebimus:" quod ille audiens, "ratum "eſſe conſilium inquit:" quod ego audiens & gaudens feſtinus quaternionem promptam paravi, in cujus principio illud non injuſſus ſcripſi; ac nulla eadem die non minus quam tria alia ſibi placabilia teſtimonia illo imperante in eadem quaternione, ut prædixeram, ſcripſi: ac deinde quotidie inter nos ſermocinando, ad hæc inveſtigando aliis inventis æque placabilibus teſtimoniis, quaternio illa referta ſuccrevit, nec immerito; ſicut ſcriptum eſt, *Super modicum fundamentum ædificat juſtus, & paulatim ad majora defluit*; velut apis fertiliſſima longe lateque gronnios interrogando diſcurrens, multimodos divinæ ſcripturæ floſculos inhianter & inceſſabiliter congregavit, queis præcordii ſui cellulas denſatim replevit.

Nam primo illo teſtimonio ſcripto confeſtim legere & in Saxonica lingua interpretari, atque inde perplures inſtituere ſtuduit; ac veluti de illo felici latrone cautum eſt, dominum Jeſum Chriſtum dominum ſuum, immoque omnium, juxta

juxta ſe in venerabili ſanctæ Crucis patibulo pendentem cognoſcente; (quo ſubnixis precibus inclinatis ſolummodo corporalibus oculis, quia aliter non poterat, erat enim totus confixus clavis, ſubmiſſa voce clamaret; *Memento mei, cum veneris in regnum tuum Chriſte*) qui Chriſtianæ fidei rudimenta in gabulo primitus inchoavit diſcere. Hic aut aliter, quamvis diſſimili modo, in regia poteſtate Sacræ rudimenta ſcripturæ divinitus inſtinctus præſumpſit incipere in venerabili Martini ſolemnitate; quos floſculos undecunque collectos à quibuſlibet magiſtris diſcere, & in corpore unius libelli, mixtim quamvis, ſicut tunc ſuppetebat redigere, uſque adeo protelavit, quouſque propemodum ad magnitudinem unius pſalterii perveniret; quem Enchiridion ſuum, id eſt, manualem librum nominari voluit, eo quod ad manum illum die noctuque ſolertiſſime habebat: in quo non mediocre, ſicut tunc aiebat, habebat ſolatium.

Sed ſic, ut à quodam ſapiente jamdudum ſcriptum eſt,

Invigilant animi, quibus eſt pia cura regendi,

magnopere invigilandum mihi cenſeo in eo, quod ante aliquam, quamvis diſſimili modo, ſimilitudinem inter illum felicem latronem, & regem compoſuerim: namque patibulum exoſum eſt unicuique, ubicunque male habet. Sed, quid faciat, ſi non poſſit ſe inde eripere aut etiam effugere; vel qualicunque arte cauſam ſuam meliorare ibidem commorando? Debet ergo, velit, nolit, cum mœrore & triſtitia ſufferre, quod patitur.

Erat itaque rex ille multis tribulationum clavis confoſſus, quamvis in regia poteſtate conſtitutus: nam à vigeſimo ætatis anno uſque ad quadrageſimum quintum quem nunc agit, graviſſima incogniti doloris infeſtatione inceſſanter fatigatur; ita, ut ne unius quidem horæ ſecuritatem habeat, qua aut illam infirmitatem non ſuſtineat, aut ſub illius formidine lugubriter prope conſtitutus non deſperet. Præterea aſſiduis exterarum gentium infeſtationibus, quas ſedulo terra marique, ſine ullius quieti temporis intervallo ſuſtinebat, non ſine materia inquietabatur. Quid loquar de frequentibus contra Paganos expeditionibus, [1] & bellis, & inceſſabilibus regni gubernaculis? De quotidiana [ ] nationum, quæ in Tyrreno mari uſque ultimum Hyberniæ finem habitant? (Nam etiam de Hieroſolyma Abel patriarchæ epiſtolas & dona illi directas vidimus & legimus) De civitatibus & urbibus renovandis, & aliis, ubi nunquam ante fuerant, conſtruendis? [2] [De] ædificiis aureis & argenteis incomparabiliter illo edocente fabricatis? De aulis & cambris regalibus, lapideis & ligneis ſuo juſſu mirabiliter conſtructis? De villis regalibus lapideis antiqua poſitione [3] mutatis, & in decentioribus locis regali imperio decentiſſime conſtructis? Qui maxima (excepto illo dolore) perturbatione & controverſia ſuorum, (qui nullum aut parvum voluntarie, pro communi regni neceſſitate vellent ſubire laborem) ſed tamen ille ſolus divino fultus admini-

1 De bellis, de *&c. Fl.* 2 *Sic Fl.* Conſtruendis ædificiis aureis *&c. MS. Cott. Edd. P. & C.* 3 *Sic Fl.* Motatis *MS. Cott. Edd. P. & C.* *Vid. Spelman. vit. Ælfred. p.* 129.

culo

culo ſuſceptum ſemel regni gubernaculum, (veluti gubernator præcipuus, navem ſuam multis opibus refertam ad deſideratum ac tutum patriæ ſuæ portum, quamvis cunctis propemodum laſſis ſuis nautis, producere contendit) haud aliter titubare ac vacillare, quamvis inter fluctivagos ac multimodos præſentis vitæ turbines non ſinebat. Nam aſſidue ſuos epiſcopos, & comites, ac nobiliſſimos, ſibique dilectiſſimos ſuos miniſtros, nec non & præpoſitos ([1] quibus poſt dominum & regem omnis totius regni poteſtas, ſicut dignum, ſubdita videtur) leniter docendo, adulando, hortando, imperando, ad ultimum inobedientes poſt longam patientiam acrius caſtigando, vulgarem ſtultitiam & pertinaciam omni modo abominando ad ſuam voluntatem, & ad communem totius regni utilitatem [2] ſapientiſſime uſurpabat & annectebat. Etſi inter hæc regalia exhortamenta propter pigritiam populi imperata non implentur, aut tarde incepta tempore neceſſitatis ad utilitatem exercentium minus finita non provenirent (ut de caſtellis ab eo imperatis adhuc non inceptis loquar, aut nimium tarde inceptis ad perfectum finem non perductis) quod hoſtiles copiæ terra marique irrumperent, aut, ut ſæpe evenit, utraque parte tunc contradictores imperialium diffinitionum inani pœnitentia pene exinaniti verecundabantur. Inanem enim pœnitentiam ſcriptura teſte nomino, qua homines innumerabiles nimio detrimento pluribus inſidiis perpetratis ſæpe perculſi dolent. Sed quamvis per hanc

1 Quorundam *MS. Cott.* 2 Sapientiſſime attrahebat *Fl.*

rem (heu, proh dolor!) Eulogii miſerabiliter contriſtentur, & perditis eorum patribus, conjugibus, liberis, miniſtris, ſervis, ancillis, operibus, & omni ſupellectili flebiliter commoveantur, quid deteſtabilis juvat pœnitentia, quando nec occiſis ſuis propinquis ſuccurrere valent, nec captivos ſuos à captivitate exoſa redimere; nec etiam interdum ſibimet, qui evaſerint, adjuvare valent, quoniam propriam unde ſuſtentent vitam non habent. Sera igitur pœnitentia nimium attriti pœnitent, & regalia præcepta incurioſe deſpexiſſe dolent, & regalem ſapientiam totis vocibus collaudant, & quod ante refutaverunt, totis viribus implere promittunt: id eſt, de arcibus conſtruendis, & cæteris communibus communis regni utilitatibus.

De voto quoque & propoſito excellentiſſimæ meditationis ſuæ, quam [[1] ſemper] inter proſpera & adverſa ſua, nullo modo prætermittere poterat, prætereundum eſſe hoc in loco utiliter non exiſtimo. Nam, cum de neceſſitate animæ ſuæ ſolito cogitaret, inter cætera diuturna & nocturna bona, quibus aſſidue & maxime ſtudebat, duo monaſteria conſtruere imperavit; unum monachorum in loco, qui dicitur Æthelingaeg, quod per maxima gronnia paludoſiſſima & [2] intranſmeabilia, [3] & aquis undique circumcingitur; ad quod nullo modo aliquis accedere poteſt, niſi [4] nauticis, aut etiam per unum pontem, qui inter duas alias arces operoſa protelatione conſtructus eſt: in cujus pontis occidentali limite arx munitiſſima præfati regis imperio pulcherrima

1 *Sic MS Cott.* 2 Intranſmeabili *in cæteris.* 3 *Forte deeſſet.* 4 *Sic ex conjectura legimus.* Cauticis *in aliis.* *Forte* Navaticis.

opera-

operatione consita est; in quo monasterio diversi generis monachos undique congregavit, & in eodem collocavit.

Nam primitus, quia nullum de sua propria gente nobilem ac liberum hominem, nisi infantes, qui nihil boni eligere, nec mali respuere pro teneritudine invalidæ ætatis adhuc possunt; qui monasticam voluntarie vellet subire vitam, habebat: nimirum, quia per multa retroacta annorum curricula monasticæ vitæ desiderium ab illa tota gente, nec non & à multis aliis gentibus funditus desierat; quamvis perplurima adhuc monasteria in illa regione constructa permaneant: nullo tamen regulam illius vitæ ordinabiliter tenente (nescio quare) aut pro alienigenarum infestationibus, quæ sæpissime terra marique hostiliter irrumpunt; aut etiam pro nimia illius gentis in omni genere divitiarum abundantia (propter quam multo magis id genus despectæ monasticæ vitæ fieri existimo) ideo diversi generis monachos in eodem monasterio congregare studuit.

Primitus Johannem presbyterum monachum, scilicet Ealdsaxonum genere Abbatem constituit; deinde Ultramarinos presbyteros quosdam & diaconos; ex quibus cum nec adhuc tantum numerum, quantum vellet, haberet; comparavit etiam quamplurimos ejusdem gentis Gallicæ, ex quibus quosdam infantes in eodem monasterio edoceri imperavit, & subsequenti tempore ad monachicum habitum sublevari: in quo etiam monasterio unum Paganicæ gentis edoctum in monachico habitu degentem, juvenem admodum, vidimus, non ultimum scilicet eorum.

Facinus

Facinus quoque in eodem monaſterio quodam tempore perpetratum muti taciturnitate ſilentii oblivioni traderem, quamvis indignum facinus eſt; quia per totam ſcripturam impiorum turpia facta, inter [1] venerabiliora juſtorum, ſicut zizania & lolium in tritici ſegetibus interſeminantur: bona ſcilicet, ut laudentur, ſequantur, æquiparentur, ſectatores quoque eorum omni honore venerabili digni habeantur; mala vero vituperentur, execrentur, &, ut omnino effugiantur, imitatores quoque eorum omni odio & deſpectione ac vindicta corripiantur.

Nam quodam tempore, cum inſtinctu diabolico quidam ſacerdos & diaconus Gallici genere ex præfatis monachis, invidia quadam latenti excitati, contra ſuum Abbatem præfatum Johannem nimium latenter in tantum amaricati ſunt, ut Judaico more dominum ſuum dolo circumvenirent & proderent. Nam duos ejuſdem gentis Gallicæ ſervulos præmio conductos ita fraudulenter docuerunt, ut nocturno tempore, cum omnes delectabili corporis quiete graviter dormirent, patefactam armati intrarent eccleſiam; quam poſt ſe iterum ſolito more claudebant, & unicum Abbatis adventum in ea abſconditi præſtolarentur. Cumque ſolus ſolito orandi cauſa eccleſiam latenter intraret, & ante Sanctum altare flexis ad terram genubus ſe inclinaret, hoſtiliter irruentes in eum, tunc eum ibidem occidere [2] conarentur: cujus corpus exanime inde trahentes ante oſtium cujuſdam meretricis, quaſi illic occiſus eſſet in meretricando, jactarent:

1 Venerabilia *Ed. P.* 2 Conabantur *in cæteris.*

quod etiam machinaverunt, crimen crimini addentes, ſicut dictum eſt: *Et erit noviſſimus error pejor priore.*

Sed divina miſericordia, quæ ſemper innocentibus ſolet ſubvenire, impiam impiorum meditationem maxima ex parte fruſtrata eſt, quo non per omnia eveniret, ſicut propoſuerant.

Omni itaque mala doctrina à malis doctoribus malis auditoribus elucubratim expoſita, & condicta nocte adveniente atque ſuppetenti, & impunitate promiſſa, latrunculos duos armatos in eccleſia concluſerunt, adventum Abbatis præſtolantes. Cumque media nocte Joannes ſolito furtim nemine ſciente orandi gratia eccleſiam intraſſet, & flexis genubus ante altare incurvaret, tunc duo illi latrunculi ex improviſo evaginatis gladiis in eum irrumpunt, & crudelibus afficiunt vulneribus. Sed ille ut ſolito, ac ſemper acris ingenio, & (ut audivimus de eo à quibuſdam referentibus) bellicoſæ artis non expers, (ſi in meliori diſciplina non ſtuderet) ſtatim ut ſonitus latronum audivit, priuſquam videret, inſurgens acriter in eos, antequam vulneratur, & vociferans quantum poterat, reluctabatur, inclamitans dæmones eſſe, & non homines (non enim aliter ſciebat; quia nec hoc homines auſos eſſe exiſtimabat;) vulneratus eſt tamen, antequam ſui advenirent. Sui ergo hoc rumore expergefacti, & etiam audito dæmonum nomine, perterriti utrique, & inexpertes, & etiam illi, Judaico more domini ſui proditores, hinc inde ad eccleſiæ oſtia concurrunt; ſed antequam advenirent latrunculi præcipiti curſu ad proximantia ſibi gronnæ latibula, ſemivivum Abbatem

batem relinquentes, confugiunt. Monachi vero seniorem suum semivivum colligentes cum gemitu & mœrore domum reportaverunt: sed nec etiam illi dolosi minus lachrymabantur innocentibus. Sed Dei misericordia tantum facinus impunitum fieri non permittente; latrunculi, qui hoc perpetraverunt; omnes tanti sceleris persuasores capti ligatique, per varia tormenta morte turpissima periere. His ita relatis ad incepta redeamus.

Aliud quoque monasterium juxta orientalem portam Sceftesburg habitationem sanctimonialium habitabile idem præfatus rex ædificare imperavit; in quo propriam filiam suam Æthelgeofu devotam Deo virginem abbatissam constituit; cum qua etiam aliæ multæ nobiles moniales in monastica vita Deo servientes in eodem monasterio habitant. Quæ duo monasteria terrarum [1] possessionibus, & omnibus divitiis locupletatim ditavit. [2]

His ita diffinitis solito suo more intra semetipsum cogitabat, quid adhuc addere potuisset, quod plus placeret ad piam meditationem; non inaniter incepta, utiliter inventa, utilius servata est: nam jamdudum in lege scriptum audierat, dominum decimam sibi multipliciter redditurum promisisse; atque fideliter servasse, decimamque sibi multipliciter redditurum fuisse. Hoc exemplo instigatus, & antecessorum morem volens transcendere, dimidiam servitii sui partem, diurni scilicet, & nocturni temporis; nec non etiam dimidiam partem omnium divitiarum,

1 Positionibus *Edd. P. & C.* 2 *Hic desinit manus recentior Cod. Cott.*

quæ

quæ annualiter ad eum cum juſtitia moderanter acquiſitæ pervenire conſueverant, Deo devote & fideliter toto cordis affectu pius meditator ſe daturum ſpopondit; quod & quantum poteſt humana diſcretio diſcernere & ſervare, ſubtiliter ac ſapienter adimplere ſtuduit. Sed ut ſolito ſuo more cautus evitaret, quod in alio divinæ ſcripturæ loco cautum eſt; *Si recte offeras, recte autem non dividas, peccas*: quod Deo libenter devoverat, quomodo recte dividere poſſet, cogitavit: &, ut dixit Salomon, *Cor regis in manu domini*, id eſt, conſilium; conſilio divinitus invento omnium uniuſcujuſque anni cenſuum ſucceſſum bifarie primitus [1] miniſtros ſuos dividere æquali lance imperavit.

His ita diviſis partem primam ſæcularibus negotiis pertinere addixit, quam etiam in tribus partibus ſequeſtrari præcepit; cujus primam diviſionis partem ſuis bellatoribus annualiter largiebatur: item ſuis miniſtris nobilibus, qui in curto regio viciſſim commorabantur, in pluribus miniſtrantes miniſteriis: ita enim ordinabiliter agebatur regalis familiaritas tribus omni tempore viciſſitudinibus. In tribus namque cohortibus præfati regis ſatellites prudentiſſime dividebantur; ita ut prima cohors uno menſe in curto regio die noctuque adminiſtrans commoraretur, menſeque finito, & adveniente alia cohorte, prima domum redibat; & ibi duobus, propriis quivis neceſſitatibus ſtudens, commorabatur menſibus. Secunda itaque cohors menſe peracto, adveniente tertia, domum redibat,

[1] Magiſtros *Ed. C.*

ut ibi duobus commoraretur menſibus. Sed & illa, finito unius menſis miniſterio, & adveniente prima cohorte, domum redibat, ibidem commoratura duobus menſibus: & hoc ordine omnibus vitæ præſentis temporibus talium viciſſitudinum in regali [1] curto rotatur adminiſtratio.

Talibus itaque primam de tribus prædictis partibus partem, unicuique tamen ſecundum propriam dignitatem, & etiam ſecundum proprium miniſterium largiebatur; ſecundam autem operatoribus, quos ex multis gentibus collectos & comparatos propemodum innumerabiles habebat in omni terreno ædificio edoctos; tertiam autem ejuſdem partem advenis ex omni gente ad eum advenientibus, longe propeque poſitis, & pecuniam ab illo exigentibus, etiam & non exigentibus, unicuique ſecundum propriam dignitatem mirabili diſpenſatione laudabiliter, & (ſicut ſcriptum eſt, *Hilarem datorem diligit Deus*) hilariter impendebat.

Secundam vero partem omnium divitiarum ſuarum, quæ annualiter ad eum ex omni cenſu perveniebant, & in fiſco reputabantur (ſicut jam paulo ante commemoravimus) plena voluntate Deo devovit, & in quatuor partibus etiam curioſe ſuos miniſtros illam dividere imperavit; ea conditione, ut prima pars illius diviſionis pauperibus uniuſcujuſque gentis, qui ad eum veniebant, diſcretiſſime erogaretur: memorabat etiam in hoc, quantum humana diſcretio cuſtodire poterat, illius ſancti Papæ Gregorii obſervandam eſſe ſententiam, qua diſcretam mentio-

1 Cultu *MS. Cott.*

nem

nem dividendæ eleemoſynæ ita dicens agebat; [1] *Nec parvum cui multum, nec multum cui parvum: nec nihil cui aliquid, nec aliquid cui nihil.* Secundam autem duobus monaſteriis, quæ ipſe fieri imperaverat, & ſervientibus in his Deo (de quibus paulo ante latius diſſeruimus) tertiam ſcholæ, quam ex multis ſuæ propriæ gentis nobilibus [2] ſtudioſiſſime congregaverat, quartam circum finitimis in omni Saxonia & Mercia monaſteriis, & etiam quibuſdam annis per vices in Britannia & Cornubia, Gallia, Armorica, Northhymbris, & aliquando etiam in Hybernia, eccleſiis & ſervis Dei inhabitantibus, ſecundum poſſibilitatem ſuam aut ante diſtribuit, aut ſequenti tempore erogare propoſuit, vita ſibi & [3] proſperitate ſalva.

His ita ordinaliter ab eodem rege diſpoſitis, memor illius divinæ ſcripturæ ſententiæ, qua dicitur; *Qui vult eleemoſynam dare, à ſemetipſo debet incipere*: etiam quid à proprio corporis ſui & mentis ſervitio Deo offerret, prudenter excogitavit: nam non minus de hac re, quam de externis divinis Deo offerre propoſuit; quinetiam dimidiam partem ſervitii mentis & corporis, in quantum infirmitas & poſſibilitas, atque ſuppetentia permitteret, diurno ſcilicet, ac nocturno tempore ſuapte totiſque viribus ſe redditurum Deo ſpopondit: ſed quia diſtantiam nocturnarum horarum omnino propter tenebras, & diurnarum propter denſitatem ſæpiſſime pluviarum & nubium æqualiter dignoſcere

1 Ne *Ed. P.* 2 Et etiam ignobilibus *addit Fl.* 3 *Sic Ed. P.* Poſteritate *Ed. C.*

non poterat, excogitare cœpit, qua ratione fixa, & ſine ulla hæſitatione hunc promiſſum voti ſui tenorem [1] letho tenus incommutabiliter Dei fretus miſericordia ſervare poſſet.

His aliquandiu excogitatis, tandem invento utili &diſcreto conſilio ſuos capellanos [2] ceram offerre ſufficienter imperavit; quam adductam ad denarios penſare in bilibri præcepit: cumque tanta cera menſurata fuiſſet, quæ ſeptuaginta duos denarios penſaret, ſex candelas unamquamque æqua lance inde capellanos facere juſſit; ut unaquæque candela duodecim uncias pollicis in ſe ſignatas in longitudine haberet. Itaque hac reperta ratione, ſex illæ candelæ per viginti quatuor horas die nocteque ſine defectu coram ſanctis multorum electorum Dei reliquiis, quæ ſemper eum ubique comitabantur, ardentes luceſcebant; ſed cum aliquando per diem integrum & noctem, ad eandem illam horam, qua anteriori veſpera accenſæ fuerant candelæ, ardendo luceſcere non poterant, (nimirum ventorum violentia inflante, quæ aliquando per eccleſiarum oſtia & feneſtrarum, maceriarum quoque, atque tabularum, vel frequentes parietum rimulas, nec non & tentoriorum tenuitates, die noctuque ſine intermiſſione flabat) exardeſcere citius plus debito ante eandem horam finiendo curſum ſuum cogebantur: excogitavit, unde talem ventorum ſufflationem prohibere potuiſſet, conſilioque artificioſe atque ſapienter invento, laternam ex lignis & bovinis cornibus pulcherrime conſtruere imperavit: (bovina namque cornua alba, ac in una tenuiter dolabris eraſa

1 Læto *Ed. P.* 2 Coram *MS. Cott. Edd. P. & C.*

non

non minus vitreo vaſculo elucent) quæ itaque laterna mirabiliter ex lignis & cornibus, ut ante diximus, facta; noctuque candela in eam miſſa exterius ut interius tam lucida ardebat, nullis ventorum flaminibus impedita; quia valvam ad oſtium illius laternæ ex cornibus idem fieri imperaverat. Hoc itaque machinamento ita facto ſex candelæ, unaquæque poſt alteram per viginti quatuor horas ſine intermiſſione nihil citius, nihil tardius luceſcebant; quibus extinctis, aliæ incendebantur.

His ita ordinabiliter per omnia digeſtis, dimidiam, ſicut Deo devoverat, ſervitii ſui partem cuſtodire cupiens; & eo amplius augere, in quantum poſſibilitas aut ſuppetentia, immo etiam infirmitas permitteret; tædioſus examinandæ in judiciis veritatis arbiter exiſtebat; & in hoc maxime propter pauperum curam, [1] quibus die noctuque, inter cætera præſentis vitæ debita, mirabiliter incumbebat. Nam in toto illo regno præter illum ſolum, pauperes aut nullos, aut etiam pauciſſimos habebant adjutores: nimirum, quia etiam pene omnes illius regionis potentes & nobiles ad ſæcularia magis quam ad divina mentem declinaverant negotia: magis enim unuſquiſque ſpeciali [2] lucro in ſæcularibus negotiis, quam communi [3] inhiabat.

Studebat [4] is quoque in judiciis etiam propter nobilium & ignobilium ſuorum utilitatem, qui ſæpiſſime in concionibus comitum & præpoſitorum pertinaciſſime inter ſe diſſentiebant; ita, ut pene nullus eorum, quicquid à comitibus &

1 Solverunt *MS. Cott.* 2 Etiam *MS. Cott.* 3 *Deeſt MS. Cott.* 4 *Deeſt MS. Cott.*

præpo-

præpositis judicatum fuisset, verum esse concederet; qua pertinaci dissensione obstinatissime compulsi, regis subire judicium singuli subarabant, quod & confestim ab utraque parte implere festinabant. Sed tamen ille, qui in sua parte aliquam de illa causa injustitiam fieri cognosceret, ad talis judicis judicium, contra voluntatem tamen; (quamvis per vim lege & stipulatione venire coactus esset) voluntarie nolebat accedere. Sciebat enim ibidem nihil ex sua malitia confestim posse delitescere: [1] nec mirum; erat namque rex ille in exequendis judiciis, sicut in cæteris aliis omnibus rebus discretissimus indagator. Nam omnia pene totius suæ regionis judicia, quæ in absentia sua fiebant, sagaciter investigabat, qualia fierent, justa aut etiam injusta: aut vero si aliquam in illis judiciis iniquitatem intelligere posset, leniter advocatos illos ipsos judices, aut per se ipsum, aut per alios suos fideles quoslibet interrogabat; quare [2] ita tam nequiter judicassent, utrum per ignorantiam, aut propter aliam quamlibet malevolentiam, id est, utrum pro aliquorum amore vel timore, aut aliorum odio, aut etiam pro alicujus pecuniæ cupiditate. Denique si illi judices profiterentur propterea se talia ita judicasse, eo, quod nihil rectius de his rebus scire poterant; tunc ille discrete & moderanter illorum imperitiam & insipientiam redarguens aiebat, ita inquiens: "Nimium admiror vestram "hanc insolentiam, eo, quod Dei dono & meo, "sapientium ministerium & gradus usurpastis,

1 Nimirum *MS. Cott.* 2 Tam *MS. Cott.*

"sapien-

"ſapientiæ autem ſtudium & operam neglexiſtis.
"Quapropter aut terrenarum poteſtatum mini-
"ſteria, quæ habetis, illico dimittatis; aut ſa-
"pientiæ ſtudiis multo devotius [1] docere ut ſtu-
"deatis, impero." Quibus auditis verbis per-
territi, veluti pro maxima vindicta correcti co-
mites & præpoſiti ad æquitatis diſcendæ ſtu-
dium totis viribus ſe vertere nitebantur; ita ut
mirum in modum illiterati ab infantia comites
pene omnes, præpoſiti ac miniſtri, literatoriæ
arti ſtuderent; malentes inſuetam diſciplinam
quam laborioſe diſcere, quam poteſtatum mini-
ſteria dimittere: (ſed ſi aliquis [2] liberalibus ſtu-
diis aut pro ſenio, [3] aut nimia inuſitati ingenii
tarditate proficere non valeret, ſuum, ſi habe-
ret, filium, aut etiam aliquem propinquum ſuum,
vel etiam, ſi aliter non habeat, ſuum proprium
hominem liberum vel ſervum, quem ad lectio-
nem longe ante promoverat, libros ante ſe die
nocteque, quandocunque unquam ullam habe-
ret licentiam, Saxonicos imperabat recitare:)
[4] & [5] ſuſpirantes nimium intima mente [6] dolebant,
eo, quod in juventute ſua talibus ſtudiis non [7] ſtu-
duerant; felices arbitrantes hujus temporis ju-
venes, qui liberalibus artibus feliciter erudiri po-
terant; ſe vero infelices exiſtimantes, qui nec
hoc in juventute didicerant, nec etiam in ſe-
nectute, quamvis inhianter deſiderarent, pote-
rant diſcere. Sed hanc ſenum juvenumque in

1 De cæteris ut ſtudeatis *Pſeudo-Aſſerius*. 2 Literalibus *Ed. P.* 3 Vel etiam pro nimia &c. *Ed. P. & MS. Cott.* 4 Ipſi vero ſenes nimium ſuſpirantes *Flor.* 5 Suſpirans *Alia exemplaria.* 6 Dolebat *Al. Ex.* 7 Studuerat *Al. Ex.*

discendis literis solertiam ad præfati regis notitiam explicavimus. [1]

FINIS.

[[2] *Anno Domini* 900. *Ælfredus veridicus, vir in bello per omnia strenuissimus, rex occidentalium Saxonum nobilissimus, prudens vero & religiosus atque sapientissimus, hoc anno, postquam regnasset viginti & novem annis & dimidio super totam Angliam, præter illas partes, quæ subditæ erant Dacis, cum magno suorum dolore viam universitatis adiit, die septimo Kalend. Novemb. anno regni sui vigesimo nono & dimidio, anno vero ætatis suæ quinquagesimo primo, indictione quarta. Qui apud Wintoniam civitatem regalem decenter & regali honore est sepultus in ecclesia sancti Petri, Apostolorum principis; Mausoleum quoque ipsius constat factum de marmore porphyrio pretiosissimo.*] [[3] *De cujus regimine laborioso hos versus proloqui dignum duxi:*

Nobilitas innata tibi, probitatis honorem,
Armipotens Ælfrede, dedit, probitasque laborem,
Perpetuumque labor nomen: cui mixta dolori
Gaudia semper erant, spes semper mixta timori.
Si modo victor eras, ad crastina bella pavebas:
Si modo victus eras, ad crastina bella parabas.
Cui vestes sudore jugi, cui sica cruore
Tincta jugi, quantum sit onus regnare, probarunt.
Non fuit immensi quisquam per climata mundi,
Cui tot in adversis vel respirare liceret:
Nec tamen aut ferro contritus ponere ferrum,
Aut gladio potuit vitæ finisse labores.

---

1 *Hic desinit Codex Cott.* 2 *Clausula hæc verbatim propemodum ex Pseudo-Asserii Annalibus transfertur,* pag. 172, 173. 3 *Ipsissima sunt verba Henrici Huntindon. Hist. p.* 352.

Jam

Jam post transactos vitæ regnique dolores,
Christus ei sit vera quies, sceptrumque perenne.]

[1] *Hic Joannes Asser Episcopus quondam Scireburnensis scripsit Ælfredi res gestas, & Annales Britanniæ. Hujus Asseri Annalibus vetustus quidam authorparalipomenon addidit, & eum obiisse scribit Anno Domini* 909.

TESTAMENTUM ÆLFREDI REGIS.

EGO *Ælfredus divino munere, labore ac studio Athelredi Archiepiscopi, nec non totius Westsaxoniæ nobilitatis consensu pariter & assensu, occidentalium Saxonum rex, quos in testimonium meæ ultimæ voluntatis complementi, ut sint advocati in disponendis pro salute animæ meæ, regali electione confirmo, tam de hæreditate, quam Deus ac principes cum senioribus populi misericorditer ac benigne dederunt, quam de hæreditate, quam pater meus Æthelwulfus rex nobis tribus fatribus delegavit, videlicet Æthelbaldo, Ætheredo, & mihi; ita, quod qui nostrum diutius foret superstes, ille totius regni dominio congauderet: & si contigerit, quod Æthelbald primogenitus patris nostri primus in fata decesserit, tunc recognoscat Ætheredus cum totius Westsaxoniæ nobilitate, quod sint nobis in testes de nostræ portionis in regno participatione, in die coronationis Ætheredi regis, quem in regem super nos post mortem Æthelbaldi fratris nostri primogeniti erigere toto nostro conamine insistemus, secundum assecurationem, quam nobiscum fideliter fecit; videlicet, quod idem rex Ætheredus nostras distributiones nobis esse permitteret, sicut eas habuimus ante ipsius Ætheredi fratris nostri*

1 *Notulam hanc addidit Reverendiss. Archiep. Parkerus.*

postgeniti coronationem. Fidelitas vero nobiscum ab ipso promissa de hæreditaria distributione, erat modo consimili confecta; videlicet, quod de terris & dominiis, quæ rex ipse Ætheredus omni nostro juvamine, & potestate, hominumque nostrorum sibi adquisierit; & etiam de dominiis, quæ sibi jure hæreditario contingunt, nobis fraternali affectione competenter impartiretur: veruntamen, si contigerit, quod Ætheredus succedat in regnum, idem & ipse compromitteret. Quando vero ita Deus disposuit, ut Ætheredus regali diademate coronaretur, tunc ipsum Ætheredum rogavi coram omnibus testibus nostris, videlicet quod de sua hæreditate nobis impartiri recognoscat, & quod mihi meam distribuat partem. Ipse vero his auditis statim mihi restitit contestans, se hoc non posse, nec agere vellet, ut impartiatur; ex quo illud tam diutino tempore in propria retinuit possessione. Hoc tamen mihi spoponderat; quod terras & dominia, quæ ipse nobis auxiliantibus, & populo nostro in suam ditionem perquisiverit; & hæreditatem, ad quam nascitur, post dies suos nemini in possessionem daret, ut suæ congauderet hæreditati, solummodo me excepto: sicque querimoniam contra fratrem remisi per verba prædicta complacatus. Si vero contigerit (quod absit) quod nos omnes impiissimorum Paganorum in manus inimicorum nostrorum Danensium inciderimus; tunc nobis est specialiter recognoscendum, disponere salubriter pro filiis nostris, quod unusquisque eorum successive, unus post alium, nostram hæreditatem possideat, & terris ac possessionibus nostris congaudeat; quemadmodum ipsa hæreditas, terræ, possessiones & dominia nobis condonata fuerunt. Propterea[1] nos in unum congregati sumus apud Suinburnam, ubi pro-

1 *Deest Ed. C.*

nunciavimus

nunciavimus in cognitione totius Westsaxoniæ principum, dominorum ac seniorum, quod ipsi fideliter testimonium perhibeant; videlicet, quod quis nostrum diutius superviveret, quod ipse legat alterius filiis ipsas terras, quas nosmet ipsi nostra virtute ac potestate conquesti sumus, & terras ipsas, quas rex Æthelwulfus nobis donavit, dummodo Æthelbald fuerat superstes; præter illud quod nobis tribus fratribus pater noster rex Æthelwulfus delegavit. Et super hoc unusquisque nostrum alteri fidem firmavit, quod quis nostrum diutius vitam viveret, quod ipse alterius terras possideret, & dominia, & omnia, quæ sui erant, præter illam partem, quam uterque nostrum filiis alterius legavit. Et si contingat, quod Ætheredus rex viam universæ carnis fuerit ingressus, ex tunc præter me non est quis, qui super hæreditatem scripturam habeat vel testimonium; nec quod sit aliquis alius hæres præter me; quod si aliquis hæreditatem prædictam acclamaverit, jus suum perdet, nisi citius de hoc testes adducat. Et tunc audivi, quod omnes cognati mei in soporem mortis resoluti erant; & ita hereditas Æthelwulfi regis patris mei ad me devoluta est per chartam inde confectam, in consilio nostro generali apud Langdene; quam quidem chartam libere legere jussi coram testibus totius Westsaxoniæ; quando vero relecta fuerat, tunc mandavi illos omnes, qui aderant, & securitatem mihi facere præcepi pro meo amore, si unquam audient de aliquo vel cognoscerent, qui de hæreditate mea aliquod jus acclamare juste posset, quod nunquam ad meum auditum antea pervenit. Et iterum locutus sum ad eos in hæc verba: "Rogo vos dilectissimi, quod nemo pro amore aut odio mei parcat veritatem annunciare, sed summopere consentiat veritati; quia mea voluntas non est, aliquem

"meorum consanguineorum in aliquo dishæritare." Et tunc omnes principes & seniores populi mei sub firma attestatione dixerunt, quod nunquam ad eos devenit notitia de aliquo, qui justiorem haberet titulum, quam ego; nec cogitare noverunt de aliquo, neque in scripturis invenire potuerunt: & in seisinam meæ hæreditatis me iterum imponentes dixerunt, "Ecce, jam habes tuam hæreditatem iterum in manibus. Nunc de bonis & possessionibus conde testamentum tuum; lega & dona tuo proximo sanguini vel amicis tuis & cognatis sicut tibi placuerit." Et omnes illi firmitatem irrevocabilem mihi fecerunt, & subscripserunt, ipsos nunquam hæreditatem meam alicui homini aliter pervertendo daturos, præter quam egomet legabo die proximo jam instante: unde ego Ælfredus divino munere occidentalium Saxonum rex, præsentibus testibus intentionem meæ ultimæ voluntatis in præsentiarum profero, ut implementum sortiatur post proprium in fata decessum.

In primis concedo meo seniori filio Edovardo illas terras apud Stratnet in Triconschire & Hortingtune cum tota libera terra, quam Leofus à nobis perantea tenuit apud Carentune, & apud Kilsantune, & apud Burnham, & apud Wedmore.

Insuper ego confirmo Custodi de Leodre, quod ipse illud habeat secundum assignationem à vobis prælocutam, cum terra illa apud Kintune, nec non cum omnibus ad illud pertinentibus: ulterius prædicto concedo Custodi terras illas apud Kantune, & apud Bedewind, & apud Benesey, & apud Husseburne, & apud Suttune, & apud Leodriam, & apud Altune, cum omnibus liberis terris, quas in Cantio possidemus, & apud inferiorem Husseburn, & apud Kyseldene.

Do

Do illas terras meo principaliori servienti apud Wintoniam, secundum assignationem; secundum quam illud pater meus prædicto servienti per prius quam affectuose delegavit. Alterum vero feodum, quem ego Egulpho dedi usque ad certum tempus apud inferiorem Husseburne, *prænominato servienti concedo.*

Insuper do meo juniori filio terras illas apud Ederingtune, *& apud* Dene, *& apud* Mene, *& apud* Ambresbiry, *& apud* Done, *& apud* Stureminster, *& apud* Zeule, *& apud* Cruerne, *& apud* Withchurch, *& apud* Axanmuthe, *& apud* Branne-scumbe, *& apud* Columtune, *& apud* Tiryfird, *& apud* Milleburne, *& apud* Exammynster, *& apud* Suthwirthe, *& apud* Lintune, *cum omnibus terris ad illud pertinentibus, quæ sunt omnes, quas sub cœlo ibidem possideo; solummodo* Triconschire *excepto.*

Insuper meæ filiæ concedo primogenitæ villam de Welero; *& meæ filiæ postgenitæ concedo villam de* Clere, *& de* Condevere; *& meæ minori filiæ villam de* Welige, *& de* Asketune, *& de* Chippenam. *Athelmo vero fratris mei filio do villam de* Edingburn, *& de* Cumptune, *& de* Crundele, *& de* Beding, *& de* Dingham, *& de* Burnham, *& de* Thumesfelde, *& de* Aschongum. *Et fratris mei filio Æthelwaldo concedo villam de* Godelming, *& de* Guldeford, *& de* Stemingham. *Et Osfertho cognato meo do villam de* Beccaule, *& de* Ritheranfeld, *& de* Diccanlingum, *& de* Suttune, *& de* Bullingminster, *& de* Angemeringum, *& de* Feltham; *nec non & omnes terras ad illud pertinentes.*

Insuper concedo Alswytho villam de Lamborne, *& de* Wantingh, *& de* [1]Ethandune. *Præterea duobus*

[1] Ethandtune *Ed. P.*

filiis

filiis meis libras lego mille; cuilibet eorum quingentas libras: & primogenitæ meæ, postgenitæ, & minori, nec non Alswitho, ipsis quatuor lego libras quadringentas, cuilibet eorum centum libras.

Ulterius cuilibet armigerorum meorum centum marcas; singulis eorum pro se centum marcas. Veruntamen concedo Athelmo, Æthelwaldo & Osfertho, etiam cuilibet eorum centum marcas.

Insuper do Æthelredo principi militiæ meæ unum gladium, & [1] bis mille marcas. Et meo sequestri, cum quo jam Pascha imminente pactum firmavi, do ducentas libras, ut ipse det & distribuat inter omnes illos, ubi placitum est sibi subire sepulchrum, secundum dispositionem, quam egomet sibi ad præsens conficio.

Insuper Archiepiscopo do centum marcas; & Esno episcopo, & Werfertho episcopo, & Assero episcopo de Schireburn, cuilibet eorum centum concedo marcas, ad dandum & distribuendum pro me & patre meo. Et præter hoc, quod ipse perantea assignabat, etiam ego assigno ducentas libras, quinquaginta presbyteris per totum regnum meum; & quinquaginta solidos cuilibet Deo servienti per totum regnum meum; & quinquaginta solidos ad distribuendum inter pauperes; & quinquaginta solidos ecclesiæ, in qua corpus meum traditur sepulturæ. Et ultra ista nescio utrum plus fuerit ad legandum: spero re vera, quod plus non fuerit inventum; si vero plus repertum sit, disponatur prout superius disponendum censuimus.

Et volo, quod armigeri mei cum valectis, & omnes, qui cum ipsis in servitio meo existunt, ista distribuant modo supradicto; nec alio modo distribuant, quam superius præscripsimus, coram herede meo: cui præ cæ-

1 Centum & viginti *Ed. P.*

teris

teris majorem quantitatem de bonis & possessionibus meis prælargitus sum, secundum quod donare potui.

Et tali concessioni multi nobiles conscripserunt; & coram præsentibus omnibus his testibus istæ donationes & concessiones in scriptis erant redactæ. Et modo principibus regni mei dedi in mandatis, omnibus videlicet, qui inveniri poterant, quod illi impedimentum non inferant; quoniam voluntas mea de prædictis implendi capiat effectum divina fretus virtute.

Et volo, quod illi homines, qui prædictas possident terras, observent verba, quæ de patris mei hereditate rediguntur in scriptis, in quantum possunt, & in quantum de futuro firmius poterunt.

Etiam volo, quod, si ego alicui dedi, vel feodum aliquem ad tempus accommodavi; quod illi meis cognatis, vel suis illud ostendant.

Insuper volo, quod illi homines, quibus ego meas liberas terras delegavi, non alienent illas à mea cognatione, ultra dies suos; & volo, quod transeant, diebus suis meæ propinquiori cognationi, nisi ex seipsis procreati fuerint filii legitimi; & tunc ex meo beneplacito permaneant virili sexui ab ipsis [1] *progenito, quamdiu unus ex eis vixerit super terram: nam & pater meus eodem modo suam legavit hereditatem. Quod si aliquo modo accidet, ut perveniant terræ prædictæ in manus mulierum; tunc volo, quod post obitum earum reddantur consanguinitati meæ virili ex earum visceribus descendenti; si ita fuerit, quod ipsas has terras vita comite in propriis manibus retinere voluerit; si vero aliter acciderit, tunc ultra dies suos fiet ita, sicut per prius delegavimus. Ulterius dico, quod reddatur ab ipsis pro sustentatione victus consan-*

---

1 *Sic Ed. C.* Primogenito *Ed. P.*

guineorum

guineorum meorum, quibus oportet me prædictas terras legare, utrum ſint maſculi vel fœminæ, ſecundum quod mihi melius videtur.

Et ego in nomine Domini exhortor, & in nomine omnium ſanctorum, quod nemo conſanguineorum meorum in poſterum contra aliquem meæ conſanguinitatis laboret quovis modo, quoad ea, quæ ego ipſis dedi perantea, pariter & legavi. Et mecum tota nobilitas Weſtſaxonicæ gentis pro recto jure conſentiunt; quod me oportet dimittere eos ita liberos, ſicut in homine cogitatio ipſius conſiſtit: & ego pro amore Dei, & pro ſalute animæ meæ, volo, quod ipſi ſint in poſseſſione libertatum ſuarum, & omnis cognatio eorum: & ego in nomine Dei ſacri in mandatis committo; quod ipſis nemo contradicat, neque cum armis, poteſtate, nec virtute, neque [1] *aliquo reſiſtendi modo, quod illi non poterunt ſeiſinare, vel introducere quemcunque illis placuerit in eorum terras, poſſeſſiones & dominia.*

Et volo, quod homines mei dent Domino de Domraham ſuas terras liberas, & ſuas libertates, ſic, quod ipſi [2] *ſeiſinent quemcunque illi placuerit pro me & pro Elfleda, & pro amicis ſuis, quibus ipſa gratitudines tenetur impendere, & pro vivorum ac defunctorum omnium neceſſitates habentium ſalute; & quod habeant illas, ut poſſint ſtare pro animæ meæ ſalute; & quod talis pia donatio ſit in remiſſionem omnium peccatorum meorum; & ita deſiderans altiſſimum humiliter deprecor, ut mea delicta & eorum pœnas mihi miſericorditer relaxet.* Amen.

---

1 *Sic Ed. P.* Alio *Ed. C.* 2 Seiſirent *Ed. P.*

ÆLFREDI

ÆLFREDI REGIS PRÆFATIO *ad Pastorale Sancti Gregorii è Cod. MS. Jun. LIII.*

Ðis is seo forespræc hu S. Gregorius ðas boc gedihte þe man [1] Pastoralem nemnað.

ÆLFRED kyning hateð [2] gretan ..... Biscep his wordum luflice ⁊ freondlice. ⁊ ðe [3] kyðan hate [4] þæt me com [5] suiðe oft on gemynd [6] hƿelce [7] ƿutan [8] gio ƿæron geond [9] Angelkynn. ægðer ge godcundra hada. ge ƿoruldcundra. ⁊ [10] hu gesælig lica tida þa ƿæron [11] geond Angel cynn. ⁊ hu þa kyningas. þe ðone [12] anƿald [13] hæfdon ðæs folces. Gode ⁊ his [14] ærendƿrecum [15] hirsumedon. ⁊ hu hi ægðer ge [16] hiora sibbe ge hiora sido ge hiora [17] anƿald innan [18] bordes [19] gehioldon. ⁊ eac ut [20] hiora [21] oeðel rymdon. ⁊ hu him ða speoƿ ægðer ge mid ƿige ge mid ƿisdome. ⁊ eac ða godcundan hadas hu georne [22] hie ƿæron ægðer [23] ge ymb [24] lare ge ymb [25] leornunga. ⁊ ymb ealle þa [26] ðeoƿutdomas þe [27] hie Gode

---

1 Pastolem *Edd. P. & C.* 2 gretung *Edd. P. & C.* 3 cyðan *Edd. P. & C.* 4 þat *Edd. P. & C.* 5 sƿiðe *Hatt.* 6 hƿylce *Edd. P. & C.* 7 ƿiotan *Hatt.* ƿitan *Alt. & Ed. P.* 8 iu *Hatt.* giu *Alt.* geo *Edd. P. & C.* 9 Angelcyn *Edd. P. & C.* 10 huge sæliglica *Edd. P. & C.* 11 giond *Hatt.* 12 onƿald *Hatt.* anƿeald *Edd. P. & C.* 13 hæfdon *Ed. C.* 14 ærendƿrecan *Alt.* ærynddƿritum *Edd. P. & C.* 15 hyrsumodon *Edd. P. & C.* 16 heora *Edd. P. & C.* 17 onƿald *Hatt.* 18 borde *Edd. P. & C.* 19 gehealdon *Edd. P. & C.* 20 hira *Edd. P. & C.* 21 eðel *Hatt. & Alt. Edd. P. & C.* 22 hi *Edd. P. & C.* 23 geymbe *Edd. P. & C.* 24 lara *Edd. P. & C.* 25 liornunga *Hatt.* 26 ðioƿotdomas *Hatt.* ðeoƿatdomas *Alt.* ðeoƿdomas *Edd. P. & C.* 27 hi *Ed. P.* hy *Ed. C.*

[1] don [2] sceoldon. ⁊ [3] hu [4] mon [5] utan bordes wisdom ⁊ lare [6] hider on lond sohte. ⁊ hu we hi nu sceoldon ute [7] begietan gif we hie habban sceoldon. swa clæne [8] hio wæs [9] oðfeallenu on Angelkynne. [10] ðæt te swiðe [11] feawe wæron behionan Humbre þe [12] hiora [13] ðenunga [14] cuðen [15] understandan on [16] Englisc. oððe [17] furðum an ærendgewrit of Lædene on [18] Englisc [19] areccan. ⁊ ic wene [20] ðæt te [21] nauht monige [22] begeondan Humbre [23] næren. swa [24] feawe hiora wæron. ðætte ic furðum anne anlepne ne mæg geðencean be [25] suðan [26] Temese. ða [27] ða ic to rice feng. [28] Gode [29] ælmichtegum [30] siðone ðætte we nu ænigne on [31] stal habbað lareowa. [32] Forðam ic ðe bebeode ðæt ðu [33] doo. swa ic [34] gelife ðæt ðu wille. ðæt [35] ðu ðe [36] þissa woruld ðinga to þæm ge [37] æmettige. swa ðu oftost mæge. ðæt ðu ðone wisdom. þe ðe God sealde. ðær ðær ðu [38] hine befæstan mæge. [39] be-

---

1 *Deest Edd. P. & C.* 2 scoldon *Hatt.* 3 human *Ed. C.* 4 man *Ed. P.* 5 ut on borde *Edd. P. & C.* 6 hieder *Hatt.* 7 begitan *Edd. P. & C.* 8 heo *Edd. P. & C.* 9 oðfeallen nu *Alt.* oðfeallen *Edd. P. & C.* 10 ðat *Edd. P. & C.* þæt *Hatt.* 11 feawa *Hatt. Edd. P. & C.* 12 hira *Edd. P. & C.* 13 ðeninga *Hatt.* ðenunge *Edd. P. & C.* 14 cuðon *Edd. P. & C.* 15 understondan *Hatt.* 16 Ænglisc *Alt.* 17 furðon *Edd. P. & C.* 18 Ænglisc *Alt.* 19 areccean *Hatt.* 20 þat *Edd. P. & C.* 21 noht *Hatt.* naht *Edd. P. & C.* 22 begiondan *Hatt. & Alt.* 23 nearon *Edd. P & C.* 24 feawa *Hatt. & Alt. Edd. P. & C.* 25 besuðan *Edd P. & C.* 26 Thamise *Edd. P. & C.* 27 ðaic *Ed. C.* 28 Gode ælmihtegum sie ðone ðæt *Hatt.* 29 ælmightigum *Edd. P. & C.* 30 sy þanc *Edd. P. & C.* 31 steal *Edd. P. & C.* 32 ⁊ forðon ic ðe bebiode *Hatt.* 33 do *Hatt. Edd. P. & C.* 34 geliefe *Hatt. & Alt.* 35 ðou *Ed. C.* 36 þisse *Ed. C.* 37 geæmetige *Hatt. & Alt.* geæmtige *Edd. P. & C.* 38 hiene *Hatt.* 39 befeast *Edd. P. & C.*

feaste. [1] Geðenc [2] hwelc [3] witu us þa [4] becomon for ðisse worulde. þa þa we hit [5] no hwæðer ne selfe ne [6] lufedon. ne [7] eac oðrum [8] monnum ne [9] lifdon. ðone naman [10] anne we [11] hæfdon ðæt te we Cristene [12] wæron. ⁊ swiðe [13] feawe þa ðeawas. Ða ic [14] þa ðis eall gemunde. ða gemunde ic eac hu ic geseah. ær þæm þe hit eall [15] forhergod wære ⁊ forbærned. hu þa [16] ciricean geond eall Angell kynn stodon maðma ⁊ boca [17] gefylda. [18] ⁊ eac micel [19] menigu Godes [20] ðeowa ⁊ ða swiðe lytle [21] feorme ðara boca wiston. for þæm þe hie [22] heora nan [23] wuht [24] ongietan ne [25] meahton. forðam þe hie næron on hiora [26] ægen [27] geðeode awritene. [28] swelce hie [29] cwæden ure [30] ieldran. ða þe ðas stowa ær hioldon. hie [31] lufedon wisdom. ⁊ ðurh ðone [32] hi begeaton welan ⁊ us læfdon. Her mon mæg [33] giet gesion hiora swæð. ac we him ne [34] cunnon æfter [35] swyrigan. [36] forðæm we habbað [37] nu ægðer forlæten ge þone welan ge þone wisdom. [38] forðam þe we noldon to ðæm spore mid ure mode

---

1 Geðænc *Ed. C.* 2 hwelce *Hatt. Edd. P. & C.* 3 wiðu *Ed. C.* 4 becoman *Alt.* 5 na *Edd. P. & C.* 6 lufodon *Hatt.* 7 ac *Ed. P.* 8 mannum *Edd. P. & C.* 9 lefdon *Hatt.* lærdan *Alt.* lyfdon *Edd. P. & C.* 10 ænne *Hatt. & Alt.* 11 lufodon *Hatt.* lufedon *Alt.* lufdon *Edd. P. & C.* 12 wæren *Hatt.* 13 feawa *Hatt.* 14 *Deest Edd. P. & C.* 15 forhergod *Hatt.* 16 ciricean *Hatt.* cirican *Edd. P. & C.* 17 gefylde *Hatt.* afylleda *Alt.* gefylled *Edd. P. & C.* 18 ond *Hatt.* 19 menigeo *Hatt.* mæniu *Edd. P. & C.* 20 ðiowa *Hatt.* 21 fiorme *Hatt.* 22 hiora *Hatt.* 23 þing *Edd. P. & C.* 24 ongiotan *Hatt.* 25 mihton *Edd. P. & C.* 26 agenge ðeode *Edd. P. & C.* 27 geðiode *Hatt.* 28 swilce *Edd. P. & C.* 29 cwæðon *Ed. C.* 30 yldran *Edd. P. & C.* 31 lufodon *Hatt.* 32 hie *Hatt.* 33 gyt *Edd. P. & C.* 34 cumon *Ed. C.* 35 swyrigean *Hatt.* swyrgean *Edd. P. & C.* 36 ⁊ forðæm *Hatt.* 37 *Deest Edd. P. & C.* 38 forðæm *Hatt.*

onlutan. Ða ic þa ðis eall gemunde. þa ƿundrode ic [1] sƿiðe þara [2] godena [3] ƿitena þe [4] giu ƿæron [5] geond Angel cynn. ⁊ þa bec be fullan ealla [6] geleornod hæfdon. þæt [7] hi hiora þa [8] nanne dæl noldon on hiora [9] ægen geðiode ƿendan. Ac ic þa sona eft me [10] selfum andƿyrde ⁊ cƿæð. hie ne ƿendon þæt [11] te æfre [12] men [13] sceoldon sƿa reccelease [14] ƿeorðan ⁊ sio lar sƿa oðfeallan. for ðære ƿilnunga hie hit forleton ⁊ ƿoldon ðæt her [15] þy mara ƿisdom on [16] londe ƿære ðy ƿe ma [17] geðioda cuðon. Ða gemunde ic hu sio æ ƿæs ærest on Ebreisc geðiode funden. ⁊ [18] eft þa [19] þa [20] hie Crecas [21] geleornodon. þa ƿendon [22] hi [23] hie on hiora [24] ægen geðiode ealle. ⁊ eac ealle [25] oðre bec. And eft Læden ƿare [26] sƿa same. siððan [27] hi hie [28] geleornodon. [29] hi hie ƿendon ealle ðurh ƿise ƿealh stodas on hiora agen [30] geðeode. [31] ⁊ eac [32] ealla oðra Cristena ðioda sumne dæl hiora on hiora agen geðiode ƿendon. forðy me [33] ðyncð betre. gif iop [34] sƿa ðyncð. þæt ƿe eac [35] sum bec. ða [36] þe [37] nið beðyrfesta [38] sien eallum monnum to [39] ƿitanne. þæt ƿe þa on

---

1 sƿiðe sƿiðe *Jun.* 2 godra *Alt.* godera *Edd. P. & C.* 3 ƿiotona *Hatt.* 4 geo *Edd. P. & C.* 5 giond *Hatt.* 6 geliornod *Hatt.* 7 *Deest Edd. P. & C.* 8 nænne *Hatt.* 9 agen *Hatt. & Alt.* 10 sylfum *Alt. Edd. P. & C.* 11 *Deest Edd. P. & C.* 12 menn *Hatt.* 13 sceolden *Hatt.* scoldan *Alt.* 14 ƿurdan *Edd. P. & C.* 15 þe *Edd. P. & C.* 16 lande *Edd. P. & C.* 17 geðeoda *Hatt.* 18 est *Ed. C.* 19 þa *alterum omittunt Codex Hattonianus & Edd. P. & C.* 20 *Deest Edd. P. & C.* 21 geliornodon *Hatt.* 22 hie *Hatt.* 23 hit *Edd. P. & C.* 24 agene *Hatt.* agen *Alt.* 25 oðra *Edd. P. & C.* 26 sƿæ *Hatt.* 27 hie *Hatt.* 28 geliornodon *Hatt.* 29 hie *Hatt.* 30 geðiode *Hatt.* 31 ond *Hatt.* 32 alle *Edd. P. & C.* 33 ðingð *Edd. P. & C.* 34 sƿæ *Hatt.* 35 sume *Edd. P. & C.* 36 ðemed *Edd. P. & C.* 37 nied beðearforsta *Hatt.* be ðyrfysta *Edd. P. & C.* 38 syn *Edd. P. & C.* 39 ƿiotonne *Hatt.*

ðæt

ðæt [1] geðeode wenden þe we ealle gecnawan mægen. ⁊ gedon [2] swa we swiðe eaðe magon mid Godes fultume. gif we þa stilnesse habbað. [3] ðætte eal sio gioguð þe nu is on Angel [4] kÿnne friora monna. þara þe þa speda hæbben þæt hie ðæm befeolan mægen. [5] sien to [6] leornunga oðfæste. þa hwile þe hi to nanre oðerre note [7] ne mægen. oð [8] ðone first þe hie wel [9] cunnen Englisc gewrit arædan. [10] lære mon siððan furður on [11] Læden [12] geðeode þa þe [13] mon furðor læran wille ⁊ to [14] hierran hade don wille. Ða ic [15] þa gemunde hu sio lar Læden [16] geðeodes ær [17] ðÿsum [18] oðfeallen wæs [19] geond Angel [20] kÿnn. ⁊ ðeah [21] monege cuðon Englisc gewrit arædan. þa ongan ic on gemang oðrum mislicum ⁊ [22] monigfealdum bisgum ðisses kÿnerices þa boc wendan on Englisc þe is genemned on Læden Pastoralis ⁊ on Englisc [23] Hirde boc. hwilum word be worde. hwilum [24] ondgit of andgite. [25] swæ swæ ic hie [26] geleornode æt Plegmunde minum [27] Ærcebiscepe. ⁊ æt [28] Assere [29] minum [30] Biscepe. ⁊ æt Grimbolde minum [31] Mæssepreoste. ⁊ æt Johanne minum Mæssepreoste. Siððan ic hie þa [32] geleornod hæfde. [33] swæ swæ ic hie forstod. ⁊ swæ ic hie [34] andgitfullicost

---

1 geðiode *Hatt.* 2 swæ *Hatt.* 3 ða *Ed C.* þ *Ed. P.* 4 cÿnne *Hatt.* 5 sÿn *Edd. P. & C.* 6 liornunga *Hatt.* 7 nemægen *Edd. P. & C.* 8 *Deest Edd. P. & C.* 9 cumen *Ed. C.* 10 læremon *Edd. P. & C.* 11 Leden *Edd. P. & C.* 12 geðiode *Hatt.* 13 man *Edd. P. & C.* 14 hieran *Hatt.* herran *Edd. P. & C.* 15 *Deest Edd. P. & C.* 16 geðiodes *Hatt.* 17 ðissum *Hatt.* 18 afeallen *Hatt. Edd. P. & C.* 19 giond *Hatt.* 20 cÿnn *Hatt.* 21 monige *Hatt.* manega *Edd. P. & C.* 22 manigfealdum *Hatt.* 23 Hierde boc *Hatt.* 24 andgit *Hatt. Edd. P. & C.* 25 swa swa *Edd. P. & C.* 26 geliornode *Hatt.* 27 ærcebiscope *Edd. P. & C.* 28 Assere *Hatt.* 29 minon *Edd. P. & C.* 30 Biscope *Edd. P. & C.* 31 mæsse prioste *Hatt.* 32 geliornod *Hatt.* 33 swa swa *Edd. P. & C.* 34 angitlicost *Edd. P. & C.*

[1] areccean

[1] areccean [2] mæhte. ic hie on Englisc awende. [3] ⁊ to ælcum [4] Biscepstole on minum rice ƿille ane onsendan. ⁊ on ælcre bið an Æstel se bið on fiftigum [5] Mancessa. Ond ic [6] bibiode on Godes [7] noman [8] þæt nan mon ðone Æstel from þære bec ne [9] doe. ne þa boc from þæm mynstre. uncuð hu longe þær swæ gelærede Biscopas sien. swæ swæ nu Gode ðonc [10] ƿell hwær [11] sindon. For þy ic wolde ðætte hie [12] ealneg æt ðære stowe wæren. buton se Biscep hie mid him habban ƿille oððe hio hwær to læne sie. oððe hwa oðre bi write :-

Ðis ærend gewrit Augustinus ofer [13] saltne sæ suðan brohte iegbuendum. swæ hit ær fore [14] adihtode dryhtnes cempa Rome Papa ryht spell monig Gregorius gleaw mod [15] gind wod durh sefan. snyttro. searo. ðonca hord. [16] forðon he moncynnes [17] gestrynde rodra wearde [18] Rompara [19] betest monna. mod welegost. [20] mærðum gefrægost. Siððan [21] min on Englisc Ælfred kyning awende worda gehwelc. ⁊ me his writerum sende Suð ⁊ Norð. [22] heht him swelcra ma brengan [23] be ðære [24] bysene. þæt he his Biscepum sende meahte. forðæm [25] hie his sume ðorfton ða þe Læden spræce [26] læsðe cuðon:-

---

1 arrecan *Edd. P. & C.* 2 meahte *Hatt.* 3 ond *Hatt.* 4 Biscep stole *Edd. P. & C.* 5 Mancessan *Hatt.* 6 bebiode *Hatt.* 7 naman *Hatt.* 8 þat man *Edd. P. & C.* 9 do *Hatt.* 10 wel *Hatt.* 11 siendon *Hatt.* 12 ealne weg *Edd. P. & C.* 13 sealtne *Hatt. & Alt.* 14 adihtnode *Edd. P. & C.* 15 geond *Edd. P. & C.* 16 forðæm *Hatt.* 17 Romwarena *Ed. P.* Rommarena *Ed. C.* 18 gestriende *Hatt.* 19 betst *Edd. P. & C.* 20 mærða *Edd. P. & C.* 21 me *Edd. P. & C.* 22 forðam he het *&c.* *Edd. P. & C.* 23 bi *Hatt.* 24 bisene *Hatt.* 25 hi *Hatt.* 26 læste cuðon *Hatt. & Alt. Edd. P. & C.*

Hæc

Hæc eſt Præfatio oſtendens quemadmodum ſanctus Gregorius hunc librum fecit, quem homines Paſtorale *nuncupant.*

ÆLFREDUS Rex optat ſalutem . . . . . . Epiſcopo digniſſimo benevole & amanter. Et te ſcire volo, quod mihi ſæpenumero in mentem venit, quales ſapientes diu abhinc extiterunt in Anglica gente, tam de ſpirituali gradu, quam de temporali; quamque felicia tum tempora fuerunt inter omnes Angliæ populos; quemadmodumque reges, qui tunc gubernationem habebant plebis, Deo & ejus voluntati ſcriptæ obſecundarint; utque in ſua pace, & bellicis ſuis expeditionibus, atque regimine domeſtico, domi ſe ſemper tutati fuerint, atque etiam foris nobilitatem ſuam dilataverint; quomodoque tunc temporis tam ſapientia quam prudentia floruerint. Præterea de gradu ſpirituali homines, quam diligentes fuerint tam docendo, quam diſcendo, omnibuſque officiis [exequendis] quæ Deo præſtare debebant. Inſuper quemadmodum extranei ſapientiam & doctrinam hic in hac noſtra terra quondam quæſierint; noſque jam (verſa vice) peregrinari oportet ad eam adipiſcendam. Adeo funditus concidit apud gentem Anglicanam, ut pauciſſimi fuerint cis Humbrum, qui vel preces ſuas communes in ſermone Anglico intelligere potuerunt, vel ſcriptum aliquod è Latino in Anglicum transferre: tam ſane pauci fuerunt, ut ne unum quidem recordari poſſim ex auſtrali parte Thameſis, tum cum ego regnare occæperam. Gratiæ Deo omnipotenti

ſint,

ſint, quod nunc tandem aliqui in ſede ſint, qui docere queunt.

Quamobrem te jubeo ut facias (quemadmodum te facturum credo) nimirum ut tu, qui mundana hæc illis profundis quam potes ſæpe, eam ſapientiam, quam tibi Deus largitus eſt, illis, ubicunque poteris, viciſſim impertias. Cogita, quales pœnæ ſuper nos tandem venturæ ſunt propter hunc mundum, cum neque noſmetipſi ſapientiam adamaverimus, neque eam aliis reliquerimus. Nomina tantum diligimus, quia Chriſtiani nuncupamur, pauciſſimi vero officiis Chriſtianorum defungimur. Hæc omnia, quoties in memoriam revoco, ſubit etiam cogitatio, quemadmodum cuncta hic in Anglia viderim, priuſquam deleta fuiſſent omnia & incenſa, utpote templa per omnem Anglicanam gentem ſteterint ornamentis, & libris inſtructa, magnaque inſuper multitudine ſervorum Dei repleta: quamvis certe fructum perexiguum ex libris ſuis perceperint, quandoquidem intelligere illos nequibant, eo, quod patrio ſermone neutiquam conſcriberentur. Qui quidem hac oratione uſi ſunt: "Majores noſtri, qui hæc quondam loca "obtinuerunt, ſapientiam adamaverunt, & per il-"lam opes ſibi conflarunt, nobiſque reliquerunt: "quorum ſapientiæ impreſſam nos veluti orbi-"tam vidimus, ſed eam adipiſci non potuimus; "nam & opes & ſapientiam plane perdidimus, "quoniam ingenii nervos omnes ad ejus contem-"plationem contendere noluimus."

Cum igitur hæc omnia cogitatione complecterer, magnopere admirabar præclaros illos ſapientes, qui diu abhinc per univerſam gentem Angli-

Anglicanam floruerunt, atque illos libros penitus omnes perdidiſcerant, quamobrem noluerunt horum partem aliquam in patrium ſermonem tranſferre. Veruntamen protinus mihimetipſi reſpondebam, videlicet, quod majores illi noſtri neutiquam opinati ſunt, homines unquam adeo ſocordes futuros, aut rem literariam in tantum unquam prolapſuram: ideoque conſulto id omiſiſſe, exiſtimantes eo uberiorem hac in terra ſapientiam futuram, quo plures à noſtris linguæ pernoſcerentur. Tum vero venit mihi in mentem, legem Dei primum in Hebræo ſermone fuiſſe inventam, atque poſtea Græcos, cum eandem didiciſſent, eam univerſam, & alios inſuper omnes libros in ſuam linguam vertiſſe, necnon Latinos etiam, quamprimum ipſi eam intelligentia comprehendiſſent, per prudentes interpretes ſuo ſermone eandem expreſſiſſe: eodemque modo omnem undique Chriſtianam plebem partem ejus aliquam in linguam domeſticam tranſtuliſſe. Quapropter optimum cenſeo (ſi tu quoque ſic exiſtimas) ut nos libros aliquos, quos maxime neceſſarios arbitrabimur, qui ab omnibus intelligantur, eoſdem in linguam, quam omnes intelligunt, convertamus: efficiamuſque (quod certe ope divina perfacile poterimus, ſi pace perfruamur) ut omnis juventus, quæ nunc eſt gentis Anglicæ (eorum præſertim hominum, qui liberi nati ſunt, opeſque habent, quibus eos ad id alere poſſunt) literis addiſcendis addicatur: utque prius artem nullam imbibant, quam Anglica poterint ſcripta perlegere. Poſtea autem homines in Latinis literis eos inſtituant, quos volunt amplius erudire, atque ad altiorem

gradum provehere. Cum itaque mecum confiderabam, quomodo isthæc doctrina fermonis Latini, per omnem gentem Anglicanam antehac obfoleviffet (quamvis plurimi potuiffent Anglica fcripta legere) tum inter alia varia ac multiplicia negotia hujus regni, cœpi librum hunc vertere in fermonem Anglicanum, (qui Latine Paftoralis nuncupatur, Anglice vero The Heardsmans booke) aliquando verbum de verbo exprimens, interdum autem fenfum ex fenfu, ficuti egomet ea didifceram à Pleimundo Archiepifcopo meo, & Affero antiftite meo, necnon Grimbaldo, & Johanne mihi à Sacris. A quibus posteaquam librum ita didiciffem, ut penitus perciperem, quemadmodum facillime ad ejus intelligentiam pervenire poffem, in Anglicum fermonem eum converti, & ad unamquamque Epifcopi fedem in regno unum mifi, fuperque fingulos libros Stilum, qui eft, quinquaginta Mancuffæ. Et ego præcipio in Dei nomine, ne quis de libris hunc Stilum tollat, neque librum de templo; incertum cùm fit, quam diu futuri funt tales eruditi præfules, quales nunc (honos Deo) ubique fint. Quapropter volo, ut libri fuis femper in locis remaneant, nifi illos Pontifex habere voluerit, aut commodatos alicui dederit, donec alii ex illis defcribantur.

Hoc fcriptum Auguftinus trans falfum mare ab Auftro ad incolas hujus regni pertulit: ficut illud antea præparaverat fervus domini Papa Romanus, rectus vicarius gubernans, Gregorius: confideratæ vir fortitudinis abfque furore, fummo fenfu, fapientia, confilio præditus; immenfus

ſus theſaurus, quoniam is generis humani partem maximam cœlo lucrifecit: Romanorum vir optimus, mentis magnitudine abundantiſſimus, majeſtate liberrimus. Poſtquam me in Anglicum ſermonem Ælfredus rex convertiſſet ad verbum, me per Auſtrum & Aquilonem ſuis ſcriptoribus delegavit, mandans illis, uti ſecundum exemplar plures tales deſcriberent, eum nimirum in finem, quo Epiſcopis ſuis illos mittere poſſet. Quandoquidem quibuſdam ex ſuis Antiſtitibus pernecеſſarii eſſent futuri, qui linguam Latinam minus intelligerent.



Ant. Van Dyke pinx.

CHRONOLOGIA VITÆ *REGIS ÆLFREDI*,

EX APPENDICE

AD VITAM ÆLFREDI

A *D. Johanne Spelmanno* Anglice primo conſcriptam, deinde à Cl. *Walkero* Latine editam. A° D. 1678.

CHRONOLOGIA VITÆ *REGIS ÆLFREDI.*

A.C.	A.ÆLF.	
849.	1.	NAtus eſt Ælfredus è patre Etheluulpho, & matre Osburga filiæ Oſlaci, in Wanatinga Comitatu Bearroccenſi.
850.	2.	
851.	3.	Ceorl Domnaniæ Comes vicit Danos in Uuiccanbeorg.
		Æthelſtanus Rex [Etheluulphi filius] & Ealhere Comes Danos Sandwici vicerunt, & novem naves eorum ceperunt.
		Alius Danorum exercitus 350 navibus Tameſin ingreſſus Londinum cepit, & Bertulfum Merciorum Regem fugavit; inde Suthriam profectus Acleæ ingenti prælio ab Etheluulpho & Ethelbaldo ejus filio proſtratus eſt.
852.	4.	Bertulpho Merciorum Regi defuncto ſucceſſit Burrhedus.
853.	5.	Burrhedus Etheluulphi auxilio Wallos devicit.

A.C. A. ÆLF.

Etheluulphus Ælfredum Demetiæ Regem constituit, [*Hist. Brit.*] & Romam misit. Qui à Leone IV. Pontifice confirmatus, & in Regem unctus est.

Etheluulphus filiam suam Burrhedo uxorem dedit.

Ealchere & Uuada [Athelstano prius defuncto. *Hard.*] acerrime cum Danis in Insula Taneto pugnarunt, & uterque occisus est.

854. 6.

855. 7. Indict. III. Sanctus Eadmundus East-Anglorum Rex unctus est, 8 Kal. Jan. an. ætatis suæ 14. à Nunbercho Episcopo.

Etheluulphus totum suum regnum decimavit Non. Novemb. Romamque, Ælfredum secum ducens, profectus est.

856. 8. Etheluulphus Roma rediens Juditham in uxorem duxit Non. Octob. [*Chron. Bertin.*] in patriam reversus non nisi ad regni partem admissus est.

Testamentum condit.

857. 9.

858. 10. Etheluulphus obiit Id. Jan. cum regnasset annos 19, & 6 menses, [*Parvum Chron.*] cui apud West-Saxonas succedit Ethelbaldus, qui Juditham novercam uxorem ducit.

859. 11.

A. C.	A. ÆLF.	
860.	12.	Ethelbaldus moritur cum annos 5 regnaſſet, poſt obitum vero patris 2 & 6 menſes.
		Regnum totum occupat Ethelbertus.
		Piratæ Wintoniam diripiunt, ſed à Comitibus Hantunenſi & Bearroccenſi vincuntur, & ad naves compelluntur.
		☞ *Secuti ſumus in hac ſupputatione Chronicum Sax. & Aſſerium; probabilius tamen eſt ipſum anno* 861 *obiiſſe.*
861.	13.	Juditha Franciam petens à Baldwino Flandriæ Foreſtario capta eſt, & anno 862. ei nupta, & Patri reconciliata.
862.	14.	Obiit Sanctus Swithunus.
863.	15.	
864.	16.	Dani in Taneto hyemantes cum Cantuariis paciſcuntur; pactis autem ruptis Cantiam Orientalem graviſſime opprimunt.
		Baldwinus primus Flandriæ Comes factus eſt. *Tilii Chron.*
865.	17.	
866.	18.	Æthelberto mortuo ſucceditÆtheredus.
		Danorum exercitus magnus Eaſt-Angliam appulit, ibique hyemavit.
		Equeſter vero factus
867.	19.	Northumbros invadit; Osbertum & Ællam Eboraci cum toto eorum exercitu in die palmarum delet.
		Ealſtanus Epiſcopus Shirburnenſis obiit.

Egbertus

A.C.	A.ÆLF.	
		Egbertus à Danis Rex Northumbris præficitur. *Floren.*
868.	20.	Ælfredus uxorem ducit.
		Pagani Notenghamium capiunt, cum Merciis paciſcuntur, & abſcedunt.
869.	21.	Pagani Eboracum adeunt, ibique per annum integrum commorantur.
870.	22.	Pagani ab Eboraco Theotfordiam inter Eaſt-Anglos tranſeunt.
		Edmundus Rex adverſus eos viriliter pugnans, fugatur, & deinde Martyrio coronatur.
		Florilegus aſſerit novum exercitum ſub Hinguar & Hubba in Scotiam appulſum, regiones omnes Septentrionales diripuiſſe, & inde Theotfordiam [cædem Lothbroci Patris eorum vindicaturum] adiſſe.
		Ceolnothus Archiepiſcopus obiit, cui ſucceſſit Ætheredus.
871.	23.	Relicta Eaſt-Anglia Pagani Redingam occuparunt; pugnatum eſt Englefeildæ, Redingæ, Æſcedunæ, Baſingæ, Meretunæ; ubi vulneratus Ætheredus poſt Paſcha obiit.
		Ælfredus Rex factus eſt.
		Pugnavit Wiltunæ, & novies eodem anno; quibus præliis Rex Danorum unus, & novem Comites occiſi ſunt.
		☞ *Inguiphus aliique Autores rejiciunt mortem Etheredi in annum ſequentem.*
872.	24.	Pagani Londoniam adeunt, & Mercii cum iis pacem feriunt;

873.

A.C. A.ÆLF.

873. 25. Inde Torkeſeyam, Merciique rurſus cum iis pactum ineunt.

874. 26. Repandunum [*inſigne Monaſterium, quo ſepulti erant Merciorum Reges*] penitus exſcindunt, coguntque Burrhedum Merciorum Regem patriam ſuam deſerere, Romamque cedere, ubi paulo poſt moriebatur.

875. 27. Pars Paganorum cum Halfdene Northumbriam petunt; reliqui cum Godrunno, Askitello & Amundo Grantbrygiam adeunt.

Ælfredus in navali pugna cum 7 Piratarum navibus, unam cepit, reliquas fugavit.

Rollo Angliam invadit. *Aſſer.*

876. 28. Pagani Werhamum pergunt, pactiſque & obſidibus poſthabitis, Exceſtriam.

Halfdanus Northumbriam inter ſuos partitur.

Rollo Normanniam ingreditur; xv Cal. Decemb. *Hoved.*

877. 29. Pagani ad Werhamum relicti partim pedibus partim navibus, quarum 120 perierunt ad Swanawic, Exceſtriam contendunt; ubi ab Ælfredo obſeſſi juramenta, novoſque obſides dant, ſe Weſt-Saxoniam relicturos.

Merciamque redeuntes eam inter ſe dividunt in menſe Auguſto.

878. 30. Pagani [pactis omnibus & juramentis ruptis]

A.C. A.ÆLF.

ruptis] inopinato immediate post Epiphaniorum festum Chippenhamium [West-Saxoniæ fere meditullium] expugnant, totamque regionem misere diripiunt.

Ælfredus paucis suorum fidelissimorum comitatus per Sylvas & Paludes se abscondit; Hinguaris & Halfdeni frater [Hubba sc. nam ille tertius erat frater, *Asser.* Hinguar, Haldene, & Hubba. *Floril.* Hinguar & Haldenus. *Hoved.*] ab Ælfredianis ad Kinwith occisus, & Corvus [vexillum] captus: occisi è Danis 840. [*Chr. Sax.*] 1200 alii.

Post Paschatis festum Ælfredus arcem Æthelingeiæ construxit: & ad Pentecosten acerrimo prælio Danos ad Eddandune devicit; quorum Rex Godrun cum 30 Ducibus, & exercitus maxima parte baptizatus, Reliqui Anglia excesserunt.

Rex Godrunno & suis Christianis concedit East-Angliam [& Northumbriam. *Floril.*]

879. 31. Pagani Cirencestriam petunt.

Alius exercitus Fullenhamiæ hyemavit.

Deneberto Episcopo Wintoniensi defuncto successit Dunuulphus. *Floren.*

880. 32. Cerencestria relicta East-Angliam petunt, eamque inter se partiuntur.

Exer-

A. C. A. ÆLF.

Exercitus novus Fullenhamia relicta Franciam adit.

Shaftsburiam urbem Rex condidit.

881. 33.

882. 34. Ælfredus contra 4 piratarum naves prælium iniit; binas cepit reliquæ ſe ſubmiſerunt. *Aſſer.*

Cuthredus è ſervo factus eſt Rex Northumbrorum.

Rex Ælfredus Sancti Cuthberti Eccleſiæ contulit totam terram inter Tinam & Teiſam. *Floril.*

883. 35. Marinus Papa factus Ælfredo plurima donaria miſit, & Scholam Anglorum à tributo liberam fecit, [*aliqui in annum ſequentem rejiciunt.*]

Aſſerio Shireburnenſi Epiſcopo ſucceſſit Suithelmus, qui Regis eleemoſynam ad Sancti Thomæ in India Orientali Eccleſiam detulit.

Johannes Scotus Erigena in Angliam venit. *Floril.*

Etiam Sanctus Grimbaldus, ut videtur, à Rege in Angliam invitatus, anno proximo huc acceſſit.

884. 36. Pagani Roſceſtriam obſidentes à Rege fugati.

Rex ad oſtium Sturæ ſedecim [*Chr. Sax. alii* tredecim] Paganorum naves cepit: ſui tamen aliquanto poſtea negligentius agentes damnum paſſi ſunt.

A.C. A. ÆLF.

Orientales Dani pacem cum Ælfredo violarunt.

Obiit Papa Marinus.

Aſſerius Menevenſis aliique viri eruditi ab Ælfredo accerſiti videntur.

885. 37.

886. 38. Ælfredus Londinum in poteſtatem ſuam redactam & reſtauratam, Ætheredo commiſit; omneſque Saxones diſperſi ad ipſum redierunt.

Synodum Londini celebravit, cui interfuit Grimbaldus, finita Synodo Oxonium miſſus videtur.

887. 39. Æthelelmus Wilton. Comes Regis eleemoſynam Romam detulit.

Rex in Feſto Sancti Martini cœpit librorum lectioni & interpretationi operam dare.

Monaſteria in Æthelingeay, & Septonia conſtruxit. *Hoved.*

Abel Patriarcha Hieroſolymitanus donaria ea miſit.

Suithelmi iter in Indiam huic anno refert *Brompton.*

888. 40. Becca Comes Weſt-Saxonum Regis eleemoſynam Romam detulit.

Obiit Ticini Regis ſoror Ethelſwitha.

Obiit Æthelfredus Archiepiſcopus Dorobornenſis, & Ethelwoldus Comes.

Neuſtria Normannis ad habitandum data.

889. 41. Duo leproſi [*vox Saxonica etiam pedites*

A.C. A.ÆLF.

dites ſignificare poteſt] Romam cum litteris miſſi.

Rex Eccleſiæ Wigornienſi quædam confert.

890. 42. Beornhelm Abbas cum eleemoſynis Romam miſſus.

Guthrun obiit.

Plegmundus Archiepiſcopus Cantuarienſis conſecratus eſt.

Uulferus Archiepiſcopus Eboracenſis obiit.

891. 43. Tres Scoti ad Ælfredum ab Hibernia veniunt.

Formoſus Papa electus eſt.

892. 44. Ad hunc annum referunt aliqui invaſionem Paganorum. *Floril.*

893. 45. Pagani è Francia cum 250 navibus Appuldreæ ad Limenem fluvium arcem ædificant; Hæſtenus etiam Middletonam accedit cum 80 navibus.

Guthredus Rex Northumbrorum obiit.

Rex rempublicam ordinat, novaſque leges, novamque totius regionis partitionem, inſtituit.

894. 46. Northumbri & Eaſt-Angli Regi novo juramento ſe obſtrinxerunt, hi etiam obſidibus: quibus tamen neglectis cum Paganis conſpirarunt.

Rex autem inter binos in Cantio exercitus ſe medium collocans eorum prædationes impediit, tandemque

A.C. A.ÆLF.

que exercitum Appledorenſem prælio equeſtri ſuperavit.

Fuſi in Eaſt-Angliam ſe receperunt, & Northumbris adjuncti Devoniam navibus petierunt.

Hæſtenus Beamfletæ ſe munivit, quæ, ipſo prædatum egreſſo, à Regiis expugnata eſt.

Paganorum exercitus omnes Sceoburiæ muniunt caſtra: unde regionem uſque ad Sabrinam prædantur, & Buttingtonæ diu obſeſſi, tandem (ſed non ſine notabili damno) erumpunt: Et per diverſas partes fugientes tandem in Eaſt-Angliam conveniunt, novumque conficiunt exercitum; qui Ceſtriam magnis itineribus inopinato invadit.

Guthredus Rex obiit. *Sim Dunelm.*

895. 47. Dani Ceſtriam deſerentes partes Walliæ boreales deprædantur: unde per Northumbros Eaſt-Angliam regrediuntur, & Merſeiæ confident: & eorum pars Weſt-Saxoniam invadentes pene ad internecionem delentur, pars vero naves in Ligeam flumen trahunt.

896. 48. Ligea in partes à Rege diviſa.

Dani naves deſerunt; & Quatbrigiam petunt.

897. 49. Ubi à Regiis devicti, pars in Franciam diſcedunt, pars in Eaſt-Angliam, totus denique exercitus fuſus & diſperſus eſt.

Dum

A.C. A.ÆLF.

Dum hæc fiunt, piratæ Northumbri & Eaſt-Angli Weſt-Saxoniam rurſus invadunt; adverſus eos vero Rex nova navigiorum genera ſuopte ingenio fabricari curat; quibus piratas penitus ſuperat.

Bonifacius Pontifex Romanus.

898. 50. Per tres annos peſtis acerbe graſſata multos è Regis famulitio, & exercitu delet.

Stephanus Pontifex.

Eaſtano Epiſcopo Londinenſi ſuccedit Theodredus.

Obiit Guthred Northumbrorum regulus in Feſto Sancti Bartholmæi. *Ethel.*

899. 51. Romanus, Theodorus, Johannes Pontifices.

Æthelwaldus Sciréburnenſis Epiſcopus obiit.

Hoc anno Regem Ælfredum obiiſſe dicunt aliqui. *Hoved.*

900. 52.

901. 53. Obiit Rex Ælfredus, 5 Cal. Nov. hoc eſt Feſto S. Simonis & Judæ.

☞ Hiſtorici noſtri inter ſe non conveniunt de initio Regni Regis noſtri, nec de ejus obitu. Quod maxime veriſimile eſt, & antiquiſſimos ſcriptores, ſequuti ſumus; neque enim ipſos conciliandi ratio ulla ſuccurrit. *Chron. Sax. Aſſerius*, *Florentius*, *H. Huntingdonius*, *Ethelwerdus*, *Florilegus*, *Sim. Dunelm.* regni initio annum 871. *Ingulfus*, *Malmsb. Hovedenus* an. 872. *Jo. Brompton* an. 873. aſſignant.

De

De obitu etiam diſcrepant. *Chron. Saxon.* mortuum dicit, anno 901, 6 noctes ante Feſtum Omnium Sanctorum. Poſtea vero non ſibi ſatis conſtans, an. 941. hæc habet. *Hic Rex Æthelſtanus 6 Kal. Nov. obiit: quadrageſima prima circiter hyeme, unica nocte excepta, ex quo Ælfredus Rex defunctus eſt.* Adeo ut hic aſſerere videatur Regem Ælfredum, anno 900 mortuum.

Aſſerii continuator (quiſquis ille fuerit) anno 900. 7 Cal. Novemb. cum regnaſſet 29 annos cum dimidio, anno ætatis 49, Indict. 4. & Sepultum dicit Wintoniæ in Eccleſia Sancti Petri, Sepulchro de lapide porphyrio pretioſiſſimo. *Ingulfus* anno Regni 29 obiiſſe dicit. *Ethelwerdus* (quantum ipſum intelligo) 901, ſeptimo die ante Feſtum Omnium Sanctorum. *Florentius* an. 901. annis 29 & 6 menſibus Regni ſui peractis, Indict. 4. feria 4. 5 Cal. Novemb. & Wintoniæ in Novo Monaſterio ſepultus eſt. (Et hæc valde conſona. Annus enim 901 erat Indict. 4. & 𝔇 litera Dominicalis, unde ſequitur, quod 5 Cal. Nov. ſit feria quarta.) *Floril.* anno 900. poſtquam 29 annos & 6 menſes regnaſſet, 5 Cal. Novemb. feria 4. Indict. 5.

Sepultus Wintoniæ in Novo Monaſterio. *Malmsb.* anno 901, priuſque ſepultum in Epiſcopatu, quod ſuum Monaſterium erat imperfectum, mox in Novum Monaſterium traductum. *Huntingd.* Cum regnaſſet 28 annos & 6 menſes. *Hovedenus*, 899, 29 annis & 6 menſibus Regni ſui peractis, Indict. 4. 5 Cal. Nov. mortem obiit: & Wintoniæ in Novo Monaſterio ſepultus eſt. *Sim. Dunelm.* anno 899, cum regnaſſet annis 28. *Brompton*, cum regnaſſet an. 28. & dimidium.

Hinc autem ſequitur eos in ætate ſua inter ſe non conſtare. Nam cum omnes conveniant ipſum anno 849 natum, neceſſe eſt ut an. 900 eſſet, ætatis ſuæ quinquageſimus ſecundus, cum tamen Aſſerii continuator, annos 49 vixiſſe ſcribit.

TESTIMONIA

DE

ÆLFREDO REGE

EX

FLORIBUS HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

NICOLAI SMITH

EPISCOPI CHALCEDONENSIS.

TESTIMONIA
DE
ÆLFREDO REGE
EX
FLORIBUS HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ
[1]NICOLAI SMITH
EPISCOPI CHALCEDONENSIS.

I. HIC ſolus ex omnibus Angliæ regibus, Diadema & inaugurationem ſumpſit à Romano Pontifice, (ut agnoſcunt Proteſtantes, *Balæus Centur*. 2. *c*.26. *Parkerus in vita Celnothi Archiepiſcopi*; *Foxus in Actis p*. 127. *Stous in Chron.*)

Atque ut intelligamus quantis beneficiis eum ornavit Deus, quem ſuus Vicarius coronavit; hic

1 Vir ille doctiſſimus NICOLAUS SMITHEUS agro Lincolnienſi ortus in Coll. SS. Trin. Oxon. admiſſus eſt A. D. 1584. ubi tribus annis in ſtudio Philoſophiæ peractis Romam commigravit, & poſtea Sacræ Theologiæ Doctoratu Valliſoleti in Hiſpania inſignitus eſt; deinde in Angliam Pontifice amandatus, & Epiſcopus [titulo] Chalcedonenſis inſtitutus Epiſcopalem ſuper Catholicos in Anglia juriſdictionem exercuit, uſque ad A. D. 1636. quo (ne deprehenderetur metuens) in Galliam ſe contulit, Abbatia *de Charroux* (favente Armando du Pleſſis Cardinale & Duce de Richelieu) paulo poſt donatus; demum Pariſiis 18 Martii A. D. 1655. Æt. 88. fato functus, in Eccleſia Monialium Anglicarum Ordinis D. Auguſtini, in Suburbiis S. Victoris, ſepultus eſt. *Vid. Ant. A Wood Hiſt. & Antiq. Univ. Oxon. Lib.* 2. *p*. 297, 298. *& Athen. Oxon. vol*. 2. *p*. 114.

ſolus ex omnibus regibus Anglis, ob res maximas in bello, & pace geſtas, MAGNI cognomen, idque jure optimo, adeptus eſt.

Laudes, quas in omni genere, tum Catholici tum Proteſtantici ſcriptores ei attribuunt, mea quidem ſententia, excedunt laudes, quæ cuivis regi hactenus tributæ ſunt.

Aſſerius Epiſcopus qui cum eo familiariter vixit, vocat eum Nobiliſſimum, prudentem, religioſum, & ſapientiſſimum.

Edgarus Rex in Orat. apud Spelman. de Conciliis p. 477. *ait.* Sanctæ memoriæ Atavus meus Aluredus.

Ethelwerdus Lib. 4. *c.* 3. *ita eum deſcribit.* Magnanimus Rex Ælfredus, immobilis *Occidentalium* poſtis, vir juſtitia plenus, acer in armis, ſermone doctus, divinis ſuper omnia documentis imbutus.

Ordericus Vitalis Lib. 4. Probitate & liberalitate laudabilique providentia omnes Angliæ reges præcedentes & ſubſequentes, ut reor excellit.

Marianus An. 900. *& poſt eum alii tradunt fuiſſe* Famoſum, bellicoſum, viduarum, pupillorum, orphanorum, pauperumque proviſorem ſtudioſum; Poetarum Saxonicorum peritiſſimum, ſuæ genti chariſſimum, affabilem hominibus, liberaliſſimum, prudentia, fortitudine, juſtitia, temperantia præditum; in infirmitate, qua aſſidue laborabat, patientiſſimum; in exequendis judiciis indagatorem diſcretiſſimum, in ſervitio Dei vigilantiſſimum & devotiſſimum.

S. Ealredus de Genealogia regum Angliæ. Anglorum decus, regum gemma, virtutum exemplar Alredus.

Huntington.

Huntington. Lib. 5. De Alfredo nihil breviter dici poteſt, quia multa fecit & miranda.

Camden. in ſua Britan. p. 267, *alias* 331, *refert hæc verba ex veteribus Annalibus Wintonienſibus*: Præſente glorioſiſſimo & invictiſſimo Rege Alfredo, cujus in omni ore, quaſi mel, dulcorabitur memoria.

Polydorus Lib. 5. Erat Aluredus tam rebus externis laudandus, quam domeſticis inſtitutis admirandus. *Item* Summo ingenio ſummaque prudentia — Maximis bellis atque laboribus perfunctus, primum de Chriſtiana Religione; deinde de liberalium omnium artium diſciplinis; poſtremo de Republica, boniſque hominum moribus bene mereri maxime ſtuduit. — Nullo non virtutis genere claruit, clariſſimus item omnium Regum bellicis artibus.

Baronius Anno 888. Rex maxime pius.

Et Anno 878. Magnus, merito nuncupatus.

Harpsfeld. Sic. 9. *c.* 4. De quo (Alfredo) ſi pro meritis, & dignitate viri dicerem, juſtum, res illius opus, prolixumque poſtularent.

Weſtmonaſterienſis, *Anno* 868. Alfredus juvenis admirandæ probitatis.

Et Anno 871. Erat cunctis fratribus ſuis forma decentior, vultu ſerenior, verbis & moribus gratioſior, omnibus amabilis & affabilis.

Nauclerus, *Generat.* 30. Alfredus pietate, munificentia, & literarum amore celebris.

Trithemius in Chron. Hirſaugienſi, Elfredus Rex Anglorum, vir in omni converſatione ſua Chriſtianiſſimus, prudentia, & eruditione ſcripturarum quoque celeberrimus.

Lesleus, Lib. 5. Historiæ Scot. c. 74. Aluredus Anglorum Rex, optimus Princeps.

— *Idem Boetius, Lib. 10. Histor. Scot.*

Gordon. Anno 901. *ita scribit.* Jam Angliæ regnum ab Heptarchia in Monarchiam, præsertim per Aluredum reductum, florebat, atque inter præcipua Europæ regna numerabatur.

Thornus Col. 1777. *ait,* Quod fuit primus rex Angliæ, qui inunctus est.

II. *Ex Protestantibus; Camdenus in sua Britan. p.* 203. *alias,* 243. *vocat Alfredum,* Clarissimum Regem.

Et p. 267. *alias,* 331. Pientissimum Regem.

Spelman. in Conciliis, p. 619. *ait,* Rex eximius Aluredus magnus.

P. 167. Rex celeberrimus.

P. 353. Rex fortissimus Aluredus, tanquam Leo rugiens.

P. 319. Insignis princeps.

P. 378. Virtute & rebus gestis MAGNUS ab authoribus appellatus. Puerum adhuc à Patre Romam delegatum Leo Papa quartus, Prophetico velut ductus spiritu, in Anglorum futurum aliquando regem unxit, dum tres sui fratres omnes, qui paterno prius fruebantur diademate, superstites floruere & incolumes.

Et in Glossario V. LEX. Pius, inclitus, fælix, imo inter perpetuas ærumnarum acerbitates victor, triumphator, nunquam satis laudatus Aluredus.

Et plura ibidem cum summa admiratione Aluredi.

Selden. L. 2. Analectorum, c. 5. Rex (Alfredus) felix seculum, vere philosophabatur.

Usserius in Indice Chronologico, Anno 849. Aluredus nobilis ille Anglorum rex, nascitur.

Reusnerus

Reusnerus in Geneal. Vir ſummo ingenio, ſummæque prudentiæ, bellicis item artibus longe clariſſimus.

Lelandus apud Baleum Centur. 10. *c.* 30. Incomparabilis Alfredus.

Spedus in deſcript. Britan. c. 2. Alfredus ille vere Regum exemplar, & ſpecimen.

Baleus Centur. 2. *c.* 26. Alfredus Magnus egregiæ indolis, & formæ adoleſcens, ad literas & virtutes natus.

Twinus de Antiq. Oxonienſ. L. 2. *Sect.* 195. Inclitus Rex, de Cœlo lapſus.

Daniel, L. 1. *Hiſtor.* Alfredus, ſpeculum Regum.

Parkerus, in præfatione ad Aſſerium; Prudentiſſimus rex ſummo ſplendore, & tanta, quantam illa perraro vidit ætas, dignitate; qui non pacis ſolum laudibus floruit, ſed belli quoque gloria circumfluxit, omnem curam, induſtriam, cogitationes denique omnes in diſciplinarum ſtudium conſumpſit. Quis unquam illo aut pacis amantior eſt habitus, aut belli laude illuſtrior?

Foxus in Actis, p. 127. Inter omnes Saxonicos Reges hucuſque nullus repertus eſt, qui præferri aut pæne conferri poſſet cum Alfredo, ob maximas & eximias illius dotes, dignas ſumma celebritate, ſive intueamur ejus fortia facta, ac multiplices labores, pro patria ſuſceptos, ſive pias & inſignes virtutes, junctas cum pia & tenera cura reipublicæ, ſive conſideremus præclaram ejus in bonis literis eruditionem, cum ardenti ſtudio eam promovendi in toto regno ſuo.

Et p. 129. *Summas ei laudes tribuit ob continentiam, fortitudinem, doctrinam, ac tandem concludit:* Hic fortis, pius, ac doctus rex Chriſtiane regnum ſuum

ſuum rexit. *Ac multa plura ibidem habet cum ſumma admiratione hujus regis.*

Similia habent Stous, & Coperus in Chronicis, Holinſhed, L. 6. c. 15, & 16. & alii Proteſtantes.

Spedus, L. 7. c. 36. vocat eum Speculum principum, & incomparabilem Principem.

Et in deſcript. Britan. c. 7. Inclitiſſimum regem.

Godvin. in Epiſcopis Wintonienſibus, n. 21. Inclitum regem.

III. *Sed miſſis his generalibus Elogiis, ſingulares ejus virtutes videamus.*

De ejus Eruditione (*quæ rara eſt in regibus*) *ita Aſſerius, qui eum novit*: Pene omnium librorum notitiam habebat.

Ethelwerdus, L. 3. c. 3. Sermone doctus, divinis ſuper omnia documentis imbutus.

Ab Hovedeno, p. 414. cognominatur, Literatus.

Ingulfus in ſua hiſtoria, p. 912. Omnibus literis apprime inſtructus erat.

Et p. 870. Uſque ad profundam omnium liberalium artium ſcientiam penetravit.

Marianus, Anno 844. Librorum omnium notitiam habebat.

Malmesburienſis, L. 2. Regum, c. 4. Liberales artes totis medullis imbibit, in tantum, ut nullus Anglorum fuerit vel intelligendo acutior, vel interpretando elegantior. Plurimam partem Romanæ Bibliothecæ, Anglorum auribus dedit.

Weſtmonaſterienſis, Anno 871. In arte venatoria, aucupatoria, inque omnium peritia, & fælicitate incomparabilis, ſicut & in aliis donis fuit.

Idemque aſſerit Aſſerius in vita ejus, Anno 866. & Florentius, Anno 871.

Ex Proteſtantibus, Baleus, Centur. 2. c. 26. Ita doctus

doctus evasit, ut Grammaticus, Philosophus, Rhetor, Historicus, Musicus, & Poeta non vulgaris haberetur; imo Architectus, & Geometer perfectissimus.

Camden. in sua Britan. p. 89. Alfredus Rex Orosii historiam in Anglicam linguam transtulit. Atque hoc mirabilius in Alfredo, quod non solum continuis bellis, sed etiam (ut idem Malmesburiensis tradit) valetudinis adversæ fuit, ut qui semper, vel fico vel aliquo interraneorum morbo agitaretur. Neque solum ipse doctus fuit, sed & undique doctos accersivit, ut Plegmundum ex Mercia, Asserium ex Wallia, Grimbaldum ex Belgio, atque Oxoniensis Academiæ vel fundator, vel (ut aliis placet) restitutor & instaurator fuit.

IV. *De ejus* Pietate, *ita Asserius ejus familiaris, Anno* 884. Cursum diurnum, id est celebrationes horarum, ac deinde Psalmos quosdam, & orationes multas, quas in uno libro congregatas, in sinu suo, die noctuque (sicut ipsi vidimus) secum inseparabiliter, orationis gratia, inter omnia vitæ præsentis curricula, ubique circumferebat. Erat sedulus sanctorum locorum visitator, etiam ab infantia orandi, & eleemosynam dandi gratia, diu in oratione tacita prostratus; sæpissime Galli cantu & matutinis horis consurgens clam Ecclesias & reliquias sanctorum orandi causa, visitabat, ibique diu prostratus orabat. Divina quoque Ministeria, & Missam scilicet, quotidie audire, psalmos quosdam & orationes, & horas diurnas & nocturnas celebrare, & Ecclesias nocturno tempore (ut diximus) orandi causa clam à suis adire solebat & frequentabat.

Quibus etiam addit, Quod Sanctorum reliquiæ eum ubique comitabantur.

Eadem refert Marianus, Anno 893. *Florentius, Anno* 871. *qui etiam addit, Anno* 901. *quod erat,* In ſervitio Dei vigilantiſſimus, & devotiſſimus.

Item Weſtmonaſterienſis, Anno 871. *ac Malmesburienſis, L.* 2. *c.* 4. Tria conſtruxit Monaſteria celeberrima, unum Sheptoniæ, alterum Ethelingiæ, tertium Wintoniæ, in qua Canonicos poſuit.

De quo poſtremo ita ſcribit Camdenus, in ſua Britannia, p. 192. Novum Monaſterium Aluredus fundavit, & ad conſtruendum ejus officinas, mercatus ab Epiſcopo terræ ſpatium; ad unumquemque pedem, Marcam pondere publico penſitavit.

Unde Edgarus Rex in oratione ſua: Sanctæ memoriæ Atavus meus Aluredus, ut Eccleſiam ditaret, non theſauris ſuis, non patrimonio, non ſumptibus, non redditibus parcendum putavit.

Proteſtantes etiam (ut jam retulimus) vocant eum, Pium & pientiſſimum regem.

Eleemoſinis (*inquit Malmesburienſis, L.* 2. *c.* 4. *cit.*) intentus, privilegia Eccleſiarum, ſicut pater ſtatuerat, roboravit, & trans mare, Romam, & ad S. Thomam in Indiam multa munera miſit. Dimidiam portionem omnium cenſuum juſte duntaxat acquiſitorum, monaſteriis delegavit. Cunctos præterea redditus in æquas duas partes dividebat, rurſuſque primam in tres, quarum primam miniſtris ſuis Curialibus; ſecundam, Operatoribus; tertiam, Advenis. Secunda pars reddituum ita dividebatur, ut prima portio daretur pauperibus regionis ſuæ; ſecunda, Monaſteriis; tertia, Scholaſticis; quarta, tranſmarinis Eccleſiis.

Ibidem,

Ibidem, Viginti quatuor horas, quæ inter diem & noctem jugiter rotantur, ita dividebat, ut octo horas, in ſcribendo, & legendo, & orando: octo, in cura corporis; octo, in expediendo regni negotio tranſigerit.

Eademque habet Aſſerius, itemque Ingulfus, in ſua hiſtoria, p. 870. *qui ibidem addit*; Sanctorum pedibus acclivis & ſubditus, S. Neotum, & S. Werfredum Epiſcopum in ſumma veneratione habebat.

Ex Proteſtantibus, Stous in Chron. vocat eum: Vigilantiſſimum & devotiſſimum Principem in cultu Dei.

Camden. in Reſiduis, p. 366. Pium, prudentem & bellicoſum Regem.

Spedus in Deſcriptione Britanniæ, L. 1. *c.* 23. Eruditum & religioſum Monarcham.

V. *De ejus* Juſtitia *in adminiſtratione regni, ita Malmesburienſis, L.* 2. *Regum c.* 4. *cit.* Pacem infudit Provinciæ, ut etiam per publicos aggeres, ubi ſemitæ in quadrivium finduntur, armillas aureas juberet ſuſpendi, quæ viantium aviditatem riderent, dum non eſſent qui eas abriperent. Judiciorum à ſuis hominibus factorum inquiſitor, perperam actorum aſperrimus corrector.

Twinus, L. 2. *Antiq. Oxon. ſec.* 208. Scientia politica inclytus Aluredus, in legibus ferendis pollebat.

Lambertus in ſua Archaionomia exiſtimat, mirabiles utilitates reipublicæ allaturum, ſi ſolidas Aluredianarum legum imagines teneremus. Videndæ ſunt leges ejus apud Spelman. in Conciliis p. 354. *& ſequentibus.*

Ingulfus, p. 908. *ait, quod Rotulum edidit, in quo*

totam terram Angliæ per comitatus, centurias, & decurias descripsit.

Somner in Glossario V. EQUILOCUS. Ab æquitate & justitia longe lateque fuit celeberrimus.

VI. *Tantæ bellicæ* Fortitudinis *erat* (*ut teste Malmesbur. L. 2. Regum c. 4. cit.*) Cum Alfredo etiam victo, etiam jacente, luctandum esset. Rex ipse impigre in omnibus actionibus aderat, nota virtutis suæ specie, alienos territans, suos corroborans, solus adversum pectus hostibus inferre, solus inclinatam aciem restituere, sponte inimicos insultantes adoriens. Plerumque post fugam importabilis, & memoria repulsæ circumspectior, & ardore vindictæ, audacior.

Colmanus Antiquus historicus apud Baleum Centur. 3. c. 43. ait, quod Quinquaginta sex vicibus terra, marique cum Danis conflixit.

Et ut habet Spelman. in Conciliis, p. 379. Sexies supra quinquaginta vicibus, terra marique adversus Danos dimicasse fertur. *Unde Asserius ita de ipso cecinit.*

Cui vestis sudore jugi, cui sica cruore,
Tincta jugi.

Ac tandem sic Danos devicit, ut ita Camden in sua Britannia p. 367. alias, 444. ex antiquo Scriptore: Aluredus Rex sic Danos contudit, ut dabant ad libitum, obsides, quod terra exirent, vel Christianitatem reciperent. Quod & factum est. Nam Rex eorum Guthrim cum triginta proceribus, & omni pene populo baptizatus, in filium ab Aluredo susceptus, imposito sibi nomine, Athelstano.

Idemque confirmat, p. 163, 189, & 213.

Asserius refert, quod octies in uno anno pugnaverit cum

cum Danis, In quibus octo prœliis, unus Rex, novem Duces, cum innumeris cohortibus periere, exceptis quotidianis & nocturnis irruptionibus.

Habuit etiam bellicosissimam filiam Esfledam, Dominam Merciorum, quæ multa prælia gessit, multas urbes, & castella, partim extruxit, partim munivit, & in qua nihil fortissimi viri præter sexum desiderares: ita ut à quibusdam (prout refert Huntington, L. 5.) Non solum domina vel regina, sed etiam rex vocaretur, ad laudem & excellentiam mirificationis sui. Et ut æstimatum & dictum est, nisi fati velocitate prærepta fuisset, viros virtute transisset universos. *Tantæ etiam* Castitatis, ut (*quod tradit Malmesburiensis, L. 2. Regum c. 5.*) experta primi partus difficultate, perpetuo viri horruerit complexus, protestans non convenire regis filiæ, ut illi se voluptati innecteret, quam tale incommodum post tempus urgeret.

VII. *Tantæ autem* Celebritatis *fuit Alfredus, ut quod tradit Asserius in ejus vita Anno* 887. *& alii.*) De Hierusalem ab Abel Patriarcha literas, & dona illi directas vidimus & legimus. Franci multi, Frisones, Galli, Pagani, Britones, & Scoti, Armorici, sponte se suo dominio subdiderant; nobiles scilicet, & ignobiles. Quos omnes sicut propriam gentem secundum suam dignitatem regebat, diligebat, honorabat, pecunia & potestate ditabat.

Malmesburiensis, L. 2. Regum c. 4. scribit, quod Ethelswida ejus filia nupsit Balduino Comiti Flandriæ, cui peperit Ernulfum; Ex quo *inquit* sunt hodie Comites Flandriæ: *Ejusque Epitaphium refert Antonius Sanderus, L. 4. de rebus Gandavensium, eaque obiit, Anno* 929.

Spelman. admirabundus ita ſcribit de Alfredo; Zachei æſtuans ardoribus, dimidiam partem cenſus ſui annui, in pios erogavit uſus, temporiſque partem tertiam, hoc eſt dierum ſingulorum naturalium horas octo, ſtudiis ſacris, & orationibus deſtinavit. O ſtuporem omnium ætatum Aluredum! Cujus dum religionem intuemur, nunquam exiiſſe videatur Monaſterio; dum bella & militiam, nullibi verſatus eſſe niſi in caſtris; (52. enim fertur dimicaſſe prœliis;) dum ſcripta ejus, & lucubrationes, vitam tranſegiſſe in Academia; & dum regni populique ſui adminiſtrationem nihilo unquam ſtuduiſſe, niſi in foro & ſenatu juſtitiæ promovendæ, legibuſque bonis faciendis. Liceret utinam ſigillatim omnia enarraſſe.

Nicol. Smith. His omnibus Alfredi laudibus adde, quod à nullo ſcriptore ullius vitii notatur.

EPISTOLA
FULCONIS
RHEMORUM ARCHIEPISCOPI
AD
ÆLFREDUM REGEM

E vetusto Cod. MS. penes V. R. Tho. Ford A.M. Ecclesiæ de *Banwell* in agro *Somersetensi* Vicarium; & Ecclesiæ *Wellensis* Prebendarium.

EPISTOLA FULCONIS AD *ÆLFREDUM REGEM.*

GLoriosiſſimo ac Chriſtianiſſimo Regi Anglorum Ælfredo, Folco gratia Dei Remorum Archiepiſcopus ac Servorum Dei famulus, & temporalis regni ſceptra ſemper victricia, & cœleſtis imperii gaudia ſempiterna.

Primum quidem gratias agimus domino Deo noſtro patri luminum & auctori omnium bonorum, à quo eſt omne datum optimum & omne donum perfectum; qui per gratiam ſpiritus ſancti non ſolum ſplendeſcere in corde veſtro voluit lumen ſuæ cognitionis, verum etiam accendere dignatus eſt ignem ſui amoris; quo inluſtrati pariter & accenſi, & regni vobis cœlitus commiſſi ſtrenue adminiſtratis utilitatem, bellicis armis, (cum divino adjutorio) illius exquirendo vel tuendo pacem; & eccleſiaſtici ordinis, (mente religioſa inſtanter deſiderando) ſpiritualibus armis amplificare ſublimitatem. Unde ſupernam clementiam indefeſſis precibus exoramus, ut ipſe, qui prævenit & accendit ad hoc cor veſtrum, efficiat vos compotem voti, replendo

do in bonis desiderium vestrum; quatinus in diebus vestris & pax regno ac genti vestræ multiplicetur, & ecclesiasticus ordo, (qui in multis, ut dicitis, sive frequenti inruptione vel inpugnatione Paganorum, seu vetustate temporum, vel incuria Prælatorum, vel ignorantia subditorum conlapsus est,) per vestram diligentiam & industriam quantocius reparetur, nobilitetur, ac dilatetur.

Et quum per nostrum adjutorium id potissimum fieri desideratis, & à nostra sede, cui beatus Remigius Francorum utique Apostolus præsidet, hinc consilium ac patrocinium queritis, non sine divino instinctu hoc credimus actum: ut sicut olim gens Francorum per eundem beatum Remigium liberari à multimodo errore & unius veri Dei cultum meruit cognoscere, sic gens Anglorum, ex sede illius & doctrina talem deposcat suscipere, per quem superstitiosa cavere, superflua resecare, ac noxia quæque inolita consuetudine ac more barbarico pullulantia noverit extirpare; & per agrum dominicum ambulantes discant flores legere & anguem cavere.

Augustinus etenim Sanctus vestræ gentis primus Episcopus à beato Gregorio Apostolo vestro vobis directus nec omnia decreta Apostolicarum sanctionum potuit in brevi demonstrare, nec rudem ac barbaram gentem voluit subito novis & incognitis legibus onerare; noverat enim infirmitati illorum consulere, atque cum Apostolo dicere tanquam parvulis in Christo *Lac vobis potum dedi non escam.* Et quemadmodum Petrus & Jacob qui videbantur columnæ esse cum Barnaba & Paulo cæterisque senioribus congregatis,

gatis, Ecclesiam primitivam de gentibus ad fidem Christi confluentem noluerunt graviori jugo onerare, nisi ut præciperent eos abstinere ab immolatis, fornicatione, suffocato & sanguine: ita & primitus in vobis gestum esse cognoscimus.

Quin & rudimenta barbaricæ feritatis ad divinam cognitionem enutrienda, hoc solo indigebant; & servi fideles atque prudentes, super familiam domini constituti, conservis suis in tempore, hoc est, pro captu audientium, mensuram tritici bene erogare noverant. Ac successu temporis crescente religione Christiana, sancta Ecclesia his contenta esse nec voluit nec debuit: sed sumpta forma ab ipsis Apostolis magistris & fundatoribus suis qui post Evangelicam doctrinam ab ipso cœlesti magistro propagatam atque diffusam, non superfluum & inutile sed commodum & salubre duxerunt suarum epistolarum crebris commonitionibus fideles perfectius instituere, & in vera fide solidius confirmare; tramitemque vivendi & normam religionis eis abundantius contradere.

Nihilominus & ipsa, sive adversis exercitata sive prosperis enutrita, nunquam cessavit utilitatem filiorum, quos cotidie Christo parturit, exquirere, eorumque profectum sive privatim sive publice, igne Spiritus sancti inflammata, augmentare. Hinc sunt consilia non solum ex vicinis civitatibus vel provinciis, sed etiam ex transmarinis regionibus totiens contracta, hinc Synodalia decreta sepius edita, hinc sacri canones sancto Spiritu conditi & consecrati, quibus & fides Catholica maxime roboratur, & eccle-

ſiaſticæ pacis unitas inviolata cuſtoditur, nec non ordo illius honeſte diſponitur: quos equidem ſicut tranſgredi omni Chriſtiano inlicitum eſt, ſic ignorare maxime clericis & ſacerdotibus omnino nefarium eſt; quorum ſalubris obſervatio & religioſa ſemperque amplexanda traditio, quum, propter cauſas ſuperius memoratas apud gentem veſtram, aut non pleniter innotuit, aut ex maxima jam parte refriguit, optimo conſilio & ut credimus divinitus inſpirato veſtræ dominationi ac regali prudentiæ viſum ac placitum fuit, & noſtram parvitatem ſuper hoc conſulere & beati Remigii ſedem expetere, cujus meritis atque doctrina eadem ſedes, ut Eccleſia ſuper omnes Eccleſias Galliarum, ex ejus temporibus omni religione & doctrina ſemper floruit & excelluit.

Et quum talia à nobis quæſituri ac petituri, noluiſtis quaſi immunes & manu vacua apparere, dignata eſt veſtra regia dominatio nos maximo munere, & neceſſario multum tempori, & congruo ſatis rei de qua agitur, honorare: ſuper qua re & ſupernam providentiam admirantes nimium laudavimus, & veſtræ regiæ munificentiæ grates non modicos retulimus.

Miſiſtis ſiquidem nobis licet generoſos & optimos tamen corporales atque mortales canes ad abigendam rabiem viſibilium luporum, quibus, inter cætera flagella juſto Dei judicio nobis inlata, plurimum abundat patria noſtra: querentes à nobis & ipſi canes non corporales ſed ſpirituales, non tales videlicet qualibus exprobrat Propheta dicens *Canes muti, non valentes latrare*, ſed de qualibus dicit Pſalmiſta, *Lingua*

gua canum tuorum ex inimicis, ab ipso. Qui utique noverint & idonei ſint pro domino ſuo magnos latratus fundere, & gregem illius vigilantiſſimis ac ſagaciſſimis excubiis jugiter cuſtodire, cruentiſſimoſque lupos immundorum Spirituum, qui ſunt inſidiatores ac devoratores animorum, procul arcere: de quorum numero unum à nobis ſpecialiter depoſcitis nomine GRIMBALDUM Sacerdotem & Monachum, ad hoc officium deſtinandum, & curæ Paſtoralis regiminis præficiendum: cui utique teſtimonium perhibet univerſa Eccleſia, quæ eum ab ineunte ætate nutrivit in vera fide & ſancta religione, & quæ illum per ſingulos gradus eccleſiaſtico more promovit uſque ad ſacerdotii dignitatem, digniſſimum eſſe illum proclamans Pontificali honore, & idoneum qui poſſit & alios docere: ſed quum id in noſtro regno magis fieri optabamus, & olim Chriſto annuente opportunitate temporis adimplere diſponebamus, (ſcilicet ut quem habebamus filium fidelem, haberemus & miniſterii noſtri conſortem & in omni utilitate eccleſiaſtica fidiſſimum adjutorem, non ſine ingenti, ut ita dixerimus, dolore patimur illum à nobis divelli, & per tanta ſpatia terrarum ac maris, à noſtris obtutibus ſeparari.

Porro autem quia caritas non novit diſpendium, nec fides detrimentum, nullaque intercludunt intervalla terrarum quos copulat veræ dilectionis vinculum, libentiſſime veſtræ petitioni annuimus, quibus nihil negare poſſumus, neque eum vobis invidemus, quorum profectu ſicut de noſtro gratulamur, & quorum lucra noſtra deputamus. Scimus enim quia in omni loco uni

Deo ſervitur, & quia una eſt Catholica & Apoſtolica Eccleſia ſive Romana ſive Tranſmarina; noſtrum igitur eſt vobis illum Canonice concedere, veſtrum autem honorifice ſuſcipere: ea ſcilicet ratione atque tenore tam ad gloriam regni veſtri, quam ad honorem Eccleſiæ & Præſulatus noſtri, eum ad vos mittendum cum ſuis electoribus, & cum nonnullis regni veſtri proceribus vel optimatibus tam Epiſcopis ſcilicet, Presbyteris, Diaconibus, quam etiam religioſis Laicis, qui nobis viva voce in præſentia totius Eccleſiæ noſtræ profiteantur atque promittant, eum condigno honore ſe habituros omni tempore vitæ ſuæ; nec non decreta canonica, & ſanctiones Eccleſiaſticas ab Apoſtolis, & Apoſtolicis viris Eccleſiæ traditas, quæ tunc à nobis audire & videre, & poſtea ab eodem ſuo paſtore & doctore ſecundum formam à nobis traditam diſcere potuerint, cunctis diebus inrefragabiliter velle cuſtodire. Quod cum fecerint divina benedictione, & beati Remigii auctoritate per noſtrum miniſterium, & impoſitionem manuum more Eccleſiaſtico decenter ordinatum, & in omnibus pleniſſime inſtructum accipientes illum ſibi cum debito honore deducent ad propriam ſedem alacres, & læti ipſi omni tempore patrocinio illius fruituri, doctrinaque & exemplo ejus jugiter inſtruendi.

Quia vero ſollicita ſunt pro ſe invicem membra, & *vel uno gaudente congaudeant, vel uno patiente compatiuntur cetera membra*, veſtræ regiæ celſitudini ac providentiſſimæ manſuetudini deinceps illum attentius, ac ſpecialius commendamus quatinus quicquid ad honeſtatem Eccleſiæ, & erudi-

eruditionem gentis veſtræ congruum, & utile ſecundum canonicam autoritatem, & Eccleſiæ noſtræ conſuetudinem potuerit invenire, libera autoritate abſque ullius contradictione ſemper poſſit docere & opere adimplere. Ne forte, quod abſit, diabolico quiſpiam inſtinctu contra eum zelo livoris & malivolentiæ ductus, controverſiam moveat aut ſeditionem concitet.

Veſtrum itaque erit hoc omnino providere ac regia cenſura tales, ſi qui forte exorti fuerint, omnimodis reprimere, barbaricamque feritatem freno veſtri moderaminis cohibere. Illius autem Paſtorali ſolertia, ſibi commiſſorum ſaluti ſemper conſulere & poſt ſe univerſos potius amore trahere, quam terrore cogere.

Gaudeat ſemper ac vigeat in Chriſto rege regum, & domino dominorum veſtra dignitas nobiliſſima, pietas ſanctiſſima, nec non fortitudo invictiſſima.

Nicol. Harpsfeld. Hiſt. Eccl. Angl. *Pag.* 170.

Tranſmittitur in Angliam Grimbaldus, una cum Fulconis literis, in quibus ampliſſimis verbis mirifice commendat ſingulare regis, in utraque tam politica quam Chriſtiana republica reparanda, ſtudium; gratiaſque ſimul pro muneribus tranſmiſſis magnas agit. Quæ hodie literæ extant ſatis prolixæ ſed pie & ſapienter ſcriptæ.

APOLOGIA
ASSERII
CAMDENIANI

SIVE

Clauſulæ, de Diſcordia inter GRIMBALDUM & veteres Scholaſticos *Oxonienſes* A. D. 886. [*Editionis Camdenianæ pag.* 16. *noſtræ* 52.] adverſus quorundam doctiſſimorum virorum objectationes, vindicatio.

Asserii Annal. p. 52.

EOdem anno [886.] exorta est pessima ac teterrima Oxoniæ discordia, inter Grymboldum, doctissimosque illos viros, quos secum illuc adduxit, & veteres illos scholasticos quos ibidem invenisset; qui ejus adventu leges, modos, ac prælegendi formulas ab eodem Grymboldo institutas, omni ex parte amplecti recusabant: per tres annos haud magna fuerat inter eos dissensio, occultum tamen fuit odium, quod summa cum atrocitate postea erupit; ipsa erat luce clarius: quod ut sedaret, rex ille invictissimus Ælfredus de dissidio eo nuntio & querimonia Grymboldi certior factus, Oxoniam se contulit, ut finem modumque huic controversiæ imponeret; qui & ipse summos labores hausit, causas & querelas utrinque illatas audiendo. Caput autem hujus contentionis in hoc erat positum: veteres illi scholastici contendebant, antequam Grymboldus Oxoniam devenisset, literas illic passim floruisse, etiamsi scholares tunc temporis numero erant pauciores, quam priscis temporibus, plerisque nimirum sævitia ac tyrannide Paganorum expulsis; quin etiam probabant & ostendebant, idque indubitato veterum annalium testimonio, illius loci ordines ac instituta à nonnullis piis & eruditis hominibus fuisse sancita, ut à D. Gilda, Melkino, Nennio, Kentigerno, & aliis qui omnes literis illic consenuerunt, omnia ibidem felici pace & concordia administrantes: ac Divum quoque Germanum Oxoniam advenisse, annique dimidium illic esse moratum; quo tempore per Britanniam iter fecit adversus Pelagianorum hæreses concionaturus, ordines & instituta supra mirum in modum comprobavit. Rex ille inaudita humilitate utramque partem accuratissime exaudivit; eos piis ac salutaribus monitis etiam atque etiam hortans, ut mutuam inter se conjunctionem & concordiam tuerentur. Itaque hoc animo discessit rex, quosque ex utraque parte consilio suo esse obtemperaturos & instituta sua amplexuros. At Grymboldus hæc iniquo animo ferens, statim ad monasterium Wintoniense ab Ælfredo recens fundatum proficiscebatur, deinde tumbam Wintoniam transferri curavit, in qua proposuerat post hujus vitæ curriculum ossa sua reponenda, in testudine, quæ erat facta subter cancellum ecclesiæ Divi Petri in Oxonia; quam quidem ecclesiam idem Grymboldus extruxerat ab ipso fundamento de saxo summa cura perpolito.



APOLOGIA ASSERII CAMDENIANI.

MUltis proculdubio, hac de re judicium primo quaſi aſpectu facientibus, ipſe videbor excuſatione caruiſſe, quod hujuſce Aſſerii Clauſulæ, à tot viris doctis jam olim in dubium vocatæ, defenſionem ſuſceperim: nec injuriâ hoc modo ſentient, id ſi feceram ea tantum ratione, ut obſoletas fere Caii & Twyni diſputationes, dicam an altercationes, demum renovarem. Haud is ſum moroſus & ſuperſtitioſus Antiquitatum cultor, qui ad bellum utramque ſororem Academiam movere velim, nulla alia de cauſa, quam ut Matrem Matertera graviorem annis eſſe oſtenderem; iſtiuſmodi nugas meditentur, quorum eſt laborioſe nihil agere.

De ſua glorietur licet ætate Cantabrigia; immo Sigeberti Cantabrique Hiſtoriæ prius pro veris habeantur, quam viri literati omnia infima ſum-

mis paria faciunt, turbant, miſcent. Interea vero nobis etiamnum liceat opinione noſtra frui; & Academiam Oxonienſem diebus Ælfredi Regis longe ſuperiorem eſſe, credere: quam quidem opinionem, non modo ob Aſſerii locum (quem fideliſſimus in lucem protulit editor Camdenus) ſed etiam ob argumentorum copiam, quam alii bonæ notæ ſcriptores ſuggeſſerunt, magis magiſque indies amplectimur.

Verum ut contrarie ſentientibus id quod æquum eſt attribuamus, ſciendum Matthæum Parkerum Archiepiſcopum Cantuarienſem [1] excudiſſe volumen noſtratium Hiſtoricorum, atque inter hos *Aſſerium Menevenſem*, typis Saxonicis: cum autem hujus libri rara admodum exemplaria forent, & vix alibi coemenda, Camdeno placuit eoſdem Hiſtoricos, una cum aliis nonnullis, *è Bibliotheca ſua* prelo ſubjicere: [2] In hac editione primum comparuit inſignis illa periodus de Diſcordia inter Grimbaldum & veteres Scholaſticos Oxonienſes; ex qua diſcimus Academiam in Oxonia non fundaſſe, ſed jampridem fundatam redintegraſſe, Ælfredum.

[3] Acerrimas eo tempore controverſias de ſuis utraque primordiis diſceptabat Academia, cum librum ſuum ederet Parkerus; adeo ut ille cenſoriæ ſeveritatis nota inureretur, quaſi ſententiam iſtam [4] *Veritatis aut Charitatis odio* plane omiſerat; nec Camdeno minus poſtea parceretur, quaſi iſtam eodem argumento ductus inſeruerat editioni ſuæ.

---

1 *A. D.* 1574. 2 1603. 3 *Vid. Th Caii* [*alias Key*] *Aſſert. Antiq. Oxon.* 1568. *Et Joh. Caii* [*vulgo Londinenſis*] *de Antiq. Acad. Cantabrig.* 1568, *&* 1574. 4 *Twyne Apol. Ant. Oxon. p.* 144.

Twyno

Twyno posthæc visum est omnibus palam facere Codicem MS, quo usus est Camdenus in hac editione proferenda, (id quod tunc dierum prorsus inusitatum fuit) hisce verbis: [1] *Ne vero fidem fallam quære ab Henrico Savill Eboracensi jam admodum sene (vel mortuo) in his plurimum versato, quem hujusmodi Asserii vetustissimum exemplar cuidam Neteltono mutuo dedisse, & cum eo postea, de libro non reddendo, magnas lites in jure exercuisse,* M. Thomas Alanus *integerrimæ fidei testis mihi rettulit; quodque Neteltono interim extincto, cum omnes libri ejus in manus domini Savill Baronis Scaccarii devenissent, solus ille liber deesse compertus est.* Hisce ad pugnam aperte provocatum est, & rei veritas (si quid incertum esset) facillime potuit enucleari. Tum enim [1608] in vivis erant Allenus & Camdenus; & [2] Savilius ipse (contra quod inconsultius asseruerat Twynus) nec *admodum senex erat,* ut pote nondum quadragenarius; nec *mortuus,* ut qui novem posthæc annos superavit.

Utrum autem ulteriores hac de re quæstiones orirentur, an litem omnino dirimerent adversæ partes, haud certus scio. Me vero latet, si quis exin hujus periodi αὐθεντίαν oppugnaverit; usque dum A. D. 1639 primum [3] edidit *Ecclesiæ Britannicæ Antiquitates* Doctissimus Usserius.

I. Hic R. R. Archipræsul, quasi Dictatorium munus inter literatos exercens, subito sententiam fert, & quo jure quave injuria reum figmenti supponendi peragere non dubitavit Hominem, pari, saltem in Britannicis Antiquitatibus illustrandis, cum seipso fide & auctoritate.

---

1 *Apol. Lib. 2. p. 144.* 2 *Vid. Ant. a Wood Athen. Oxon.* 3 *Dublinii* 4°.

[1] *Et legi in Optimo MS. exemplari non modo rettulit Camdenus, ſed etiam relatoris à quo hoc accepit (neque enim ipſe exemplar hujuſmodi unquam viderat) ſecutus fidem, Francofurtenſi Aſſerii de rebus geſtis Ælfredi editioni inſerendam curavit: quod à doctiſſimo viro factum nollem. Nam ut exemplar penes Henricum Savilium Eboracenſem aliquando extitiſſe demus, cui erraticum hoc fragmentum inſertum fuerit, (quemadmodum conſimile B. Hieronymi elogium in Principio Gennadiani Catalogi deſcriptum, intra Marcellini Comitis Chronicon, quo uſus eſt Cuſpinianus, locum reperit) quis OPTIMUM fuiſſe præſtabit? quum antiquiſſimum antigraphum, ſi non ipſius (quod omnino videtur) Aſſerii, certe proximis ab eo temporibus, Characteribus Saxonicis exaratum adhuc in Cottoniana Bibliotheca conſervetur, in quo iſtorum omnium neque vola exſtat neque veſtigium.*

Miror quanam authoritate fretus, vir eruditiſſimus expreſſe dixerit, Camdenum *hujuſmodi exemplar nunquam vidiſſe.* Tale nihil indicat Camdeni præfatio, imo contrarium potius innuere videtur libri titulus, ubi legimus Hiſtoricos hoſce viz. *Aſſer, Walſingham, &c. pleroſque* nunc primum *in lucem editos, è Bibliotheca Guil. Camdeni.*

Etſi agnoſcere videtur Cod. MS. olim fuiſſe penes Hen. Savilium, ægre tamen fert, quod Camdenus illum EXEMPLAR vocaret OPTIMUM; *Quum antiquiſſimum Antigraphum*, ipſo judice, *ſi non ipſius (quod omnino videtur) Aſſerii, certe proximis ab eo temporibus, characteribus Saxonicis exaratum, adhuc in Cotton. Bibl. conſervetur: &c.*

Atqui ipſiſſimi hujus exemplaris variantes lectiones excerpſit, & mecum humaniter commu-

1 *Uſſer. Ant. Brit. Eccl. p.* 184.

nicavit

DOMINO MEO VENERABILI PIISSIMOQUE
OMNIUM BRITTANNIE INSULAE XPIANO
RUM. RECTORI. ÆLFRED. ANGLORUM SAXO
NUM. REGI. ASSER. OMNIUM. SERVO
RUM DEI ULTIMUS. MILLEMODAM
AD VOTA DESIDERIORUM. UTRIUSQUE
VITAE. PROSPERITATEM.

ANNO DOMINICAE
INCARNATIONIS. DCCC. XLIX. natus
est ælfred angul saxonum rex in uilla
regia que dicitur uuanating in illa paga
que nominatur berrocscire que paga taliter
uocatur a berroc silua ubi buxus habundan
tissime nascitur cuius genealogia tali serie

nicavit amicus, ut plurimum colendus, J. Hill è Medio Templo Generoſus. Eſt codex ſane vetuſtus, elegans & bonæ notæ, cui deſcribendo plures navarunt operam amanuenſes, quorum tamen nemo linguam Latinam videtur apprime calluiſſe. Prior & antiquior hujus codicis ſcriptura (judicium ſequor Viri pereruditi, & rei Antiquariæ accuratiſſimi indagatoris, Cl. Humfredi Wanleii) circiter Annum Domini 1000 vel 1001 exarata fuit; ſcilicet juxta centeſimum poſt Aſſerii mortem. Et *characteribus Saxonicis* minime conſcriptum eſſe, oſtendit paginæ annexum ſpecimen. Denique haud tam perfectum & abſolutum eſt exemplar, quam quo uſus eſt aut Parkerus aut Camdenus.

Ideo licet Parkerianus codex & Cottonianus, majorem ſibi vendicent vetuſtatem, jure merito autem Camdenus ſuum exemplar, quoniam utroque, ut ſibi viſum eſt, perfectius, OPTIMI elogio inſignivit.

Hanc vero totam objectationem penitus refellit id quod retulit Antonius à Wood de colloquio quodam inter Twynum & Camdenum ſuper ipſum, de quo nunc agitur, argumentum.

[1] *De exemplari unde hæc hauriuntur, verba interim facturus, quoniam ſcilicet locus ille, eo quod in omnibus Aſſerii apographis non habetur, tanquam ſpurius & ſubdititius à nonnullis rejicitur.*

Exemplar vero iſtud non modo vindicavit in Apologia ſua Twynus; verum & qui excudendum curavit, Camdenus, non tantum in Britannia ſua Optimum Aſſerii exemplar nominavit, ſed & in familiari cum

1 *Ant. a Wood Hiſt. & Antiq. p. 9.*

amicis

amicis colloquio fidem ejus ubique asseruit; idque speciatim ad præfatum Brianum Twynum, qui id ipsum manu sua testatum reliquit.

Cum enim impense cuperet Twynus, ut de exemplaris illius fideli editione sibi melius constaret, XVIII *Februarii, Anno* MDCXXII. *ad Camdenum, Westmonasterii in ædibus Guiliel. Heather Musices Doctoris degentem accessit, deque variis prout se dabant, rebus, consertis prius verbis, ad prædictam Asserii editionem, locumque in ea Academiæ Oxoniensis antiquitatem tam obnixe firmantem, sermonem tandem deduxit: Instabat autem (de Twyno loquor) paragraphum illum, siquidem nec in Manuscriptis nec impressis hactenus libris passim occurrat, à compluribus in dubium vocari, nec aliud quam* παρεμβεβλημένον *censeri: summopere autem efflagitare viros doctrina & dignitate haud vulgari, ut antequam suspicio ea in opinionem præfractam adolesceret, vivens ille valensque veritatem toti orbi patefacere vellet. Ad hæc itaque Camdenus id se jampridem effecisse, & plenius forte aliquando effecturum respondit: "Te vero (inquit, Twynum allocutus) quod attinet, ne inter fluctuantes illos ponaris, scripta prohibent ea quibus "Antiquitatem Oxoniensem abunde dilucidasti, & "quibus ego aßentiendum potius arbitror, quam leviculis refragantium quorumcunque objectionibus. De "loco autem, quem sibi eventilandum sumpserunt suspicaces isti (qui acerbis me censuris perpetim exagitarunt) sitne genuinus an suppositititius parum facit; "cum te minime latet vel dispuncto illo testimonio, argumentorum affatim superesse quæ vetustatem Universitatis Oxoniensis apertissimam faciant."*

Porro autem urgente ibi Twyno, diceret præcise, num locum illum à viro aliquo acceperit, cujus fidei innixus

innixus eundem Asserio intulisset; an vero è probato quovis exemplari desumpserit; Respondit Camdenus, integram eam Asserii Historiam ad Codicis cujusdam MS. fidem, qui penes ipsum tum erat, editam fuiße, in quo etiam ipsissima illa, de quibus dubitatur, quæque in nonnullis exemplaribus desunt, verba reperiebantur. Addidit autem, quærente Twyno Codicis antiquitatem, se quidem arbitrari temporibus Richardi secundi fuisse scriptum.

Hæc omnia Brianus ille Twynus, diligentissimus priscorum temporum rimator, sua manu conscripta, & adjuratione Dei, Optimi, Maximi, confirmata memoriæ prodidit.

Penes me A Wood in transcriptis sub attestatione publici Notarii. [Notula in imo paginæ.]

Declarationis hujus apographon, notarii publici testimonio firmatum secum habuit Ant. a Wood; exemplar vero Archetypon (quod tamen me hactenus incassum perquisivisse invitus fateor) olim inter Twyni Codd. MSS. servavit, & forte nunc servat, Bibl. C. C. C. Oxon. Id allegavit Cl. [1] Hearnius, meque non ita pridem certiorem fecit, semet olim in Bibliotheca prædicta idem conspexisse.

In confirmationem hujus accedit etiam epistola quædam Br. Twyne ad Camdenum transmissa, quam inter alias Camdeni reliquias, ex MS.Cotton. T. Smith S.T.P. juris publici [2] fecit. ---*Jam igitur iterum iterumque tersam atque expurgatam Asserii Menevensis, Historici de optimo Rege optimi, editionem jamdudum tuam tibi gratulor; quam tu ex MS. licet non antiquissimo, nec, quod aiunt,* διφθέρας ἀρχαιοτέρω, *satis antiquo tamen ac*

1 *Not. ad Spelman. Vit Ælfredi, pag.* 178. 2 *A. D.* 1691.

spectatæ

ſpectatæ fidei exemplari (*quod mihi abunde ſatisfecit*) *adornaſſe te prædicas, quæ etiam tibi adverſus gliſcentes æmulorum calumnias non mediocri ornamento futurum eſt.*---Epiſt.272.Dat.Oxon.21.Feb.1622.

II. Proximus hac de Pericopa dubitavit Dom. Joannes Spelmannus, qui (utpote Cantabrigiæ literis enutritus) *Vitam Regis Ælfredi* contexere perhibetur, [1] eo fere animo, ut antiquitatem utriuſque Academiæ obiter notaret, & veterem ea de re quæſtionem rurſus in lucem proferret: [2] neque minus recte obſervatum fuit, accuratiſſimam operis hujuſce partem in eo argumento verſari; unde Clauſulam diſputatam prætermittere non potuit: adverſus hanc [3] *objectiones tales tantamque vim & pondus habentes* protuliſſe dicitur; *ut Oxonienſium quiſquam nondum aliquid auſus ſit reponere.*

Atqui primo quidem impetu citra neceſſitatem, ſat ampla verborum copia Archiepiſcopum Parkerum conatur vindicare ab infamiæ nota, quaſi pericopam antedictam conſulto & de induſtria omiſerat. [§.31.] Citra neceſſitatem,inquam illud aggreſſus eſt, quoniam nemini, ut opinor, præter Twynum (qui in hac re dijudicanda præpropero ingenio uſus fuit) Parkeri fides ſuſpecta erat aut dubitata. Ideoque nullam aliam ob cauſam hanc defenſionem ſuſcepiſſe videtur, niſi ut invidioſa quædam inter utrumque Editorem

---

§.31. Hoc [viz. Clauſula] fatebor enim, teſtimonium ad cauſam decidendam valde pertinet: adeo ut minus culpem Apologiæ Autorem, ſi tam graviter Archiepiſcopum Parkerum Aſſerio, quem de vita Ælfredi edidit, non inſeruiſſe. Tamen ſibi velim tem-

1 *Ep. Nicolſon* Engl. Hiſt. Libr. *p.* 48. 2 *Id. ibid.* 3 *Cl. Geo. Smith App. ad Bedam p.* 734.

compa-

comparatio fieret. [§.33.] Aſtute ſatis Archiepiſcopum vindicat, ab eo quod fecerat Camdenus in editione ſua proferenda, quoniam ſcilicet --- *Præfigit Archiepiſcopi Præfationem &c.* [§.32.] Sed nemo, credo, unquam negavit hanc Archiepiſcopi Præfationem opus eſſe utiliſſimum, & dignum quod omni Aſſerii editioni præfigatur: & quamvis Camdenus nuſquam diſerte dicit ſe *alio exemplari* uſum fuiſſe (quippe qui pro more iſtius, ut diximus, ætatis, de ſuo tacet) attamen ex antedictis apertum eſt illum Codicis cujuſdam, (cum editione fortean Archiepiſcopi collati) fidem ſecutum eſſe.

---

peraſſet ab hoc odioſo dilemmate; utrum Præſul ille Reverendus, & egregius literarum vindex, hunc locum *veritatis an charitatis odio* diſſimulaſſet. Eoque magis, quod ipſe Camdenus in Aſſerio ab ſe recuſo, epiſtolam Archiepiſcopi Parkeri, editioni, quam primus ille fecerat, præmiſſam denuo præfigit: in qua ſancte profitetur Archiepiſcopus, eam ſe ſemper rationem ſequutum in omnibus iis libris, quos divulgaverat; nihil ut de ſuo adjecerit aut diminuerit; ſed cuncta, prout in primis exemplaribus reperiuntur, ad verbum expreſſerit. Idque quo teſtatius fieret, in omne ævum quam caſte in iis verſatus fuerit, ipſa prima exemplaria in Collegii Corporis Chriſti bibliotheca Cantabrigiæ aſſervanda miſerit. Porro Camdenus in Epiſtola, cum Aſſerio, tum huic Archiepiſcopi epiſtolæ præmiſſa, nihil omnino in Archiepiſcopi editione prætermiſſum queritur (de quo meminit etiam honorifice) eumque quam multos MSS. Codd. ne paſſim interirent, in unum collectos in Collegium Corporis Chriſti apud Cantabrigienſes recondidiſſe monſtrat: ex quibus ipſe Archiepiſcopus quatuor in publicum diverſis temporibus emiſerit; Matthæum nempe Weſtmonaſterienſem, Matthæi Pariſienſis hiſtoriam majorem, Aſſerium, & Walſinghamium. Horum (inquit Camdenus) exemplaria, cum rariora eſſent eos Claudius Marnius (qui Camdeni *Anglica*, *Normannica* Francofurti impreſſit) ex ipſius prœlo in vulgus emittit.

§. 32 His factis ipſe Camdenus id verum eſſe, quod Archiepiſcopus allegaverat, agnoſcere videtur; & utut in Annalibus ſuis MS. quoddam Aſſerii exemplar memorat, ubi modo ſcriptus articulus habeatur, tamen (ac ſi editionem hanc ad exemplaris ab Archiepiſcopo editi fidem exegiſſet) aliud exemplar, quam illud ab Archiepiſcopo editum ne verbo quidem ſignificat: ſuæ pariter

Hoc, inquam, apertum est ex prædicta Twyni declaratione, ex Camdeni silentio posteaquam in lucem prodierat liber, atque ex eo quod in alium non rejecerat (id quod factu maxime necessarium fuisset) interpolandi crimen: hinc demum clarius apparet, quod illud exemplar in sua *Britannia* ipse [1] laudaverit.

Porro Archiepiscopi partes defendit, scribendo *Se vidisse antiquitus MS. &c.* [§. 34.] qui, nullus dubito, codex est ipse, cujus supra [2] meminimus, Cottonianus; in hoc desideratur clausula

---

editioni præfationem Archiepiscopi præfigit; simulque ab ejus Typographo Asserium typis Saxonicis non fuisse impressum, sicut ab Archiepiscopo fuerat, quia literarum Saxonicarum formulis non esset instructus, diligenter excusat. Ubi demum tot rationibus inductus nihil aliud expectes quam Asserium Archiepiscopi recusum, (quandoquidem raro tunc inveniri posse causatus erat Camdenus) exit Asserius Camdeni alius; haud paucis infultis, quæ non habentur in exemplari Archiepiscopi; nominatim autem hac clausula, quæ dissidium Oxoniæ ortum tradit, licet istic desideratum fuisse quicquam, vel hic suppleri, vel omnino variare codices, plane reticuisset. Adeo ut necesse sit, aut falsarium, nescio quem, inter Camdenum ejusque Typographum Francofurtensem intercessisse, qui glossema, quod in ejusdem Britannia Asserio repererat ascriptum chartis inter edendum injussus inseruerit; aut ipsum Camdenum officio multum defuisse, qui rem tam necessariam Lectorem celaverit.

§. 33. Contra diffiteri non possumus, Archiepiscopum & candidum & omni exceptione majorem: sit igitur in re literaria, quantumvis magna Camdeni autoritas; attamen ubi de facto quæritur, utrum codices ab Archiepiscopo impressi per omnia MS. codicem expresserint, ibi demum fides Archiepiscopo tribuetur; non tam quod is Camdenum dignitate longe antecesserit, quam quod apertiori simplicitate rem totam tractarit.

§. 34. Quod autem Archiepiscopum ab autoris Apologiæ calumniis absolvet, & nonnihil fidei clausulæ, editioni Camdenianæ insertæ, derogabit, ipse (copiam faciente Reverendissimo & Doctissimo literarum Mecænate, Jacobo Domino Archiepiscopo Armachano & Hiberniæ Primate) vidi Asserium Menevensem antiquitus MS. eum ipsum (ut quidam verisimiliter existimant) Arche-

1 *Camden. Britan. in Dobunis.* 2 *Pag.* 136, 137.

contro-

controversa; sed desiderantur etiam alia non pauca, quæ leguntur tam in Camdeniana quam in Parkeriana editione: unde mirari subit, D. Jo. Spelmannum affirmasse --- *se nequicquam omnino quod aliter se haberet, atque id, quod Archiepiscopus edidit, deprehendisse.* [§. ibid.] Veruntamen (hoc nihil obstante) fama utriusque codicis & cujusvis clausulæ in iis contentæ, quantum ego conjectura auguror, illæsa manebit & incolumis.

Præcavisse videtur Cl. [1] Usserius argumentum nullum eliceri potuisse ex hoc codice, si modo imperfectus haberetur; itaque primo autumat Parkerum integrum Asserium quidem exhibuisse, quammultis vero suspectæ fidei (i. e. quæ non comparent in exemplari Cottoniano) editioni suæ intextis: parum mehercle conveniunt ista cum inviolata Archipræsulis probitate, neque cum iis quæ solenniter & religiose in sua Præfatione prædicavit.

Duo vel tres superfuerunt codices [2] Asserii MSS. Camdeni temporibus; sed fortassis omnes minus, quam optandum esset, absoluti. Id enim crebro evenit Historicis, ut cum eorum textus in compendium sæpius redacti, & in Chronica

---

typum, ex quo autorem istum Archiepiscopus primo divulgarit. Verisimiliter, inquam, sive characterem Saxonico affinem spectes, sive virgulas & apices alios ex rubrica factos, quibus iste Præsul MSS. à se lectos notare solitus. In eo MS. clausulæ, quæ in editione Camdeniana periodum *de dissidio* proxime præcedunt, quæque sequuntur, in textu visebantur, antiquiores & maxime indubitatæ scripturæ, cum aliæ libri partes à manu recentiori sint, & subdititii videantur, nusquam autem toto libro clausulam istam *de dissidio*, neque voculam eo pertinentem deprehendi; neque quicquam omnino, quod aliter se haberet, atque id, quod Archi-

1 *Usser. Ant. Brit. Eccl. p.* 184. 2 *V. James. Catal. Codd. MSS. l.* 2. *p.* 78.

majora membratim cæſimve inſerti fuerint, (quod ſane fatum perpeſſus eſt Aſſerius) leviore, quam alias fieri ſolebat, cura adſervarentur originales: diverſa diverſis temporibus arbitrio amanuenſium, (prout plus minuſve ad rem ſpectare viderentur) adjecta, omiſſa, quotidie inter legendum cernimus. Quidni igitur idem ſuſpicemur accidiſſe Hiſtoricæ huic narratiunculæ de *Diſcordia Oxonienſi*? nimirum etiamſi in uno aliove codice de induſtria omiſſa fuerit; quidni perſuaſum haberemus, eandem conſervatam eſſe in codice Saviliano, quo uſus eſt Camdenus?

MSS. Annales Regum Saxonicorum &c. in Bibl. Coll. Trin. Cantab. [§. 34.] quos citat in uberiorem confirmationem editionis Parkerianæ, ſunt ipſiſſimus Cl. Galei Pſeudo-Aſſerius, cujus auctorem, quicunque is demum fuerit, opellam ſuam aut ex Cottoniano aut Parkeriano codice exſcripſiſſe, arbitrari non eſt nefas. Ita ſi res ſe habet, ambo ſingulum quoddam teſtimonium, idque negativum tantum, ut aiunt, perhibent: immo, ſiquis hiulcam, frivolam, nugatoriam illam farraginem cum ipſo Aſſerio conferre velit; nequicquam exinde teſtimonium allegandum cenſebit, quod vel editionis Camde-

---

epiſcopus edidit. Accedunt huc, quos in Trinitatis Collegio Cantabrigiæ reperi, veteres rerum à Romanis Impp. & Saxonicis regibus in Anglia geſtarum Annales MSS. ab Julio Cæſare ad Edvardum uſque ſeniorem. Quorum autor Aſſerii Menevenſis veſtigiis adeo preſſe inſtitit; ut multa, quæ regis Ælfredi tempore contigerant, ipſis Aſſerii Men. verbis referat: ne vocibus quidem, quæ ipſi proprie competerent, omiſſis aut immutatis, viz. *Domino meo, audivi, audivimus &c.* In iis tamen omnibus, quæ de Ælfredo memorat, nullam omnino vel Oxoniæ orti diſſidii, neque Monaſterii Wintonienſis extructi, neque ullius rei, quam clauniānæ,

nianæ, vel hujuſce clauſulæ auctoritatem ſtabilire aut diminuere aliquo modo poterit.

Inſtat autem Cl. Spelmannus, provocatque [§. 34.] omnes ad alicujus codicis MS. notitiam faciendam, qui Camdenianam editionem comprobet. Talem fuiſſe olim MS. nefariis poſtea modis deperditum, ſatis, ut opinor, liquet; verum ſiquis talis codex hodie reperiendus eſſet; auctor qui ictus geminare, nedum retrocedere pertinacior decrevit, etiam hic ſibi munivit viam, lectorem cavere præmonendo; *Si*, inquit, *jam extaret codex aliquis MS. licet vetuſtus qui auctoritatis ſpeciem ei adſtruerit, ad iſtius tamen MS. fidem conciliandam* [1] *alio* munimento *adhuc opus foret*, priuſquam is fidem & auctoritatem *ſuſpecti articuli* firmare poterit. [Vid. §. 42.]

Quoniam autem incertum eſt, an ejuſmodi MS. codex unquam nobis exhibendus ſit &c. [§. 35.] Aſſerius (hoc concedimus) duo tantum id genus opera

---

ſula hæc dubia ſuggerit, mentionem ſenſit. Quare cum Archiepiſcopi editio conſentientium MSS. fide abſolvatur, reſtat ut clauſula illa, quæ de diſſidiis eſt, in editione Francofurtenſi pariter abſolvatur teſtimonio cujuſpiam MS. in medium producto: quod niſi fiat, omnis illa culpa prius in Archiepiſcopi Aſſerium collata, in editionem Francofurtenſem recidet.

§. 35. Quoniam autem incertum eſt, an ejuſmodi MS. codex unquam nobis exhibendus ſit, rem ipſam in hoc dubio articulo comprehenſam inſpicientibus haud parum mirabile videbitur, ipſum Aſſerium id voluiſſe ſcribere (Regem ſcilicet monaſterium Wintoniæ condidiſſe) quod tanto ſibi vitio verti poſſet; cum idem antea ubi ad ornandum Ælfredum, pietatis ejus & religionis opera enumerare ultro ſpondeat, his tantum verbis defungitur. *Inter cæ-*

1 *Male hunc locum reddiderunt interpretes; Autographum Anglice ſcriptum habet* **If now there were an antient Manuſcript to authoriſe it, that Manuſcript would as much ſtand in need of ſome other Record to make it Authentick, as ſupply the need that the queſtioned Clauſe now ſtands in.**

ab

ab Ælfredo peracta memorat, nempe Cœnobia Athelneiense & Shaftesburiense; quorum utrumque absolvit, prædiis donavit, Religiosis auxit, hoc quidem Sanctimonialibus, illud Monachis Deo in perpetuum servituris: nec Wintoniense Monasterium silentio præterierat, nisi cum Historiam scriberet, imperfectum fuisset; immo tempore dissidii Oxoniensis [1] *recens tantum fundatum.* De multis identidem ædificiis publicis nihil singulatim tradidit satis reputans generatim tantum meminisse.---[2] *Quid loquar--- de civitatibus & urbibus renovandis; & aliis ubi nunquam ante fuerant construendis? De ædificiis aureis & argenteis incomparabiliter illo edocente fabricatis? &c.*

Adhuc insequitur sed lepidus, sed facetus; *An vobis exponam quid causæ potuerit esse, cur Asserius &c.* [§. 35.] Argutias hasce tenuis refellet labor; vis etenim earum omnis pendet ab anno in quo obiit Asserius: atque hic loci Cl. auctor illum diu ante Ælfredum occubuisse suadet.

---

tera diuturna & nocturna bona, quibus assidue & maxime studebat, duo Monasteria construere imperavit; unum Monachorum in loco qui dicitur Æthelingey &c. aliud quoque Monasterium [Monialium] *juxta orientalem portam Shafisburg &c.* De monasterio autem Wintoniæ ne meminit quidem donec casu, & aliud agens, velut imprudens illud nominat. An vobis exponam quid causæ potuerit esse, cur Asserius de Wintoniensi Abbatia priori loco nihil dixerit? (Tali enim neglectu tantum scriptorem libenter liberaverim.) Ut igitur verum eloquar, aliquot annis antea mortuus erat, quam ipsius fundamenta cernere potuisset. Ut enim ante monstravimus, Abbatia Wintoniensis illa nova postremum fuit ex ejusmodi operibus, quæ Rex aggressus est; neque diu ante mortem ejus construi cœptum. Asserius autem (quod ex Malmsburiensi & Savilio constat) ante multos annos inter vivos agere desierat. Mortuo autem Asserio Sigenus (alias Swithelmus) in Episcopatu Shirburnensi substitutus ab Ælfredo, ad S. Thomæ apud Indos Orientales insulam missus est; unde etiam ante Ælfredi

1 *Asser. p.* 51. 2 *P.* 58.

1 Malmes-

[1] Malmesburiensis quidem annum ipsius certum in tabulas non retulit, successorem tamen ejus Suithelmum memorat; M. [2] Westmonasteriensis autem (quo cum doctissimus adversarius occulte consentire videtur) ad annum 883. posuit; cuidam vero, ipsos Annales ob oculos habenti, constare necesse est, Asserium nostrum diutius superasse. Nam mentionem habet [3] Plegmundi Archiepiscopi (qui consecratus est A.D. 889, seu 890.) annum insuper Ælfredi memorat [4] quadragesimum quintum; unde vita ejus deducitur ad annum saltem 893. verum inter hunc annum & 900 vel 901. (quo obiit Ælfredus) ullum Asserium obiisse mortem, ex quavis Historia cujusvis fidei vel auctoritatis ad ostendendum provocamus.

Esto ergo Sigillinum, statim posteaquam episcopatum adeptus est [5] A. D. 883, aut aliquot post annis, ad Indos delegatum esse; quid obstat quo minus in patriam redux esse potuisset circa annum 893? Asserio igitur, salva Chronologiæ veritate, licuisset *successoris sui* putativi *profectionem ad Indos enarrasse.* [§. 35.]

Crediderim sane Sigillinum nunquam ad Shirburnensem sed ad alium forsan Episcopatum advectum esse; doctissimus autem [6] Antiquarius, (perpensis iis absurdis quæ necessario sequerentur, si Sigillinum Asserii successorem fuisse concedimus) rectius Asserio præfigendum arbitratur.

---

obitum rediit; adeo ut Asserius multo facilius successoris sui profectionem ad Indos enarrasset, quam Grimbaldi recessum ad novum monasterium quod Wintoniæ conditum est.

1 *De gestis Pontificum Angl. Lib.* 2. 2 *Matth. Westmonast. Flor. Hist. anno* 883. 3 *Pag.* 46. 4 *Pag.* 58. 5 *Chron. Sax.* 6 *Cl. Tannerus.*

Sequente

Sequente demum paragrapho periodum τῆς νοθείας incusat ob duplicem rationem; primo quia *Magnum Oxoniæ dissidium memorat inter Grimbaldum & veteres Scholasticos ortum, cum in Asserio nunquam ante significatum sit, aut Ælfredum ullas ibi scholas condidisse, aut Grimbaldum in iis prælegisse; &c.* [§. 36.] secundo *quia annus iste* [886.] *armis erat exercitatissimus &c.*

Quod ad posteriorem rationem attinet: esto *dissidium*[1] *erupisse anno* 886, *&c.* [§. 36.] cum negotia regis turbarentur; nemini tamen eorum qui secum reputant, quam acri vividoque ingenio ad res inchoandas & peragendas, etiam undique flagrante bello, fuerit ille[2] princeps; nemini, inquam, mirum videbitur eum Academiam instituisse intra vel ante supradictum annum.

Verum ut priori argumento obviam irem, quid si Academiam hoc ipso anno fundatam esse

---

§. 36. Ex his, liquet, quantum fidei debeatur articulo, de quo tam acriter certatur. Ut autem novis laciniis cum veteri veste nunquam belle convenit; ita glossema illud cum antecedentibus & consequentibus tam male cohæret, ut se prodat à recenti manu interpositum. Magnum Oxoniæ dissidium memorat inter Grimbaldum & veteres scholasticos ortum, cum in Asserio nusquam ante significatum sit, aut Ælfredum ullas ibi scholas condidisse, aut Grimbaldum in iis prælegisse; quæ tamen utraque tam cognata sunt Asseriano argumento, ut haud facile credas ipsum ista transiliisse, si se vivente gesta essent: præterea articulus iste dissidium in annum 886. conjicit; qui annus armis erat exercitatissimus: in eo enim Ælfredus obsidione & valida oppugnatione Londinum ægre manibus Danorum eripuit. Difficulter ergo persuaderi potest, eum rebus adeo turbatis (ut adhuc neque ab omnibus reciperetur, neque suos sparsos atque dispalatos, ab omni parte ad se reduces, recepisset, neque (recepto Londino) res ejus prosperæ justam futuræ sub se salutis fiduciam præbere poterant) Academiæ condendæ vacasse; præsertim Oxoniæ, quæ Merciam terminaret, in Aquilonarium & Orientalium Danorum confinio.

1 *Male reddiderunt* ortum *Interpretes.* 2 *Vid. Asser. p.* 43.

præ di-

prædicavero? Equidem nullus dubito, quin auctor iſtius clauſulæ (vera ſit, necne) id ſibi voluit, atque etiam Grimbaldum eodem anno illuc miſſum fuiſſe; necnon lites eo tempore [886] *exortas*, poſt triennium [889] *ſumma cum atrocitate erupiſſe*; immo quenquam æqua trutina clauſulam examinantem, mecum, credo, ſtare non pudebit.

Ideo non opus erat, ut ſcholarum mentio præiret, nam periodus ſupponit antiquas ſcholas; & ipſa nihil eſt aliud, præter narrationem adventus Grimbaldi ad Oxoniam, id eſt novæ fundationis Academiæ & litium ea occaſione motarum.

Atque adeo perperam pronuntiavit Auctor, *Hunc articulum retuliſſe Grimbaldum publico diſſidio Oxoniæ cauſam præbuiſſe, quod anno* 886 *erupit: cum ante tres annos cæptum paulatim creverat; anno ſcilicet uno ante conditam Univerſitatem, biennio autem ante Grimbaldi adventum.* [§. 37] Bene enim *congruit cum adventu Grimbaldi* [§. 37] *anno* 885; Eſto etiam *per aliquantulum temporis ſpatium ab Ælfredo domi apud ſe retentum*, [*Ibid.*] quidni ſalva temporis ratione, Oxoniam migraret A. D. 886, ſecundo ejus adventus; quo, teſtibus [1] Anna-

§. 37. Porro narratio hæc nihilo melius congruit cum adventu Grimbaldi, qui (ut ait Hydenſis liber) in annum 885 incidit. Convenit enim inter omnes Grimbaldum in Anglia jam recentem per aliquantulum temporis ſpatium ab Ælfredo domi apud ſe retentum, ut ipſe ab eo privatim inſtitueretur, priuſquam Oxoniam mitteretur. Univerſitas autem (juxta codicem Wintonienſem à Camdeno laudatum) ſecundo ab adventus Grimbaldi anno ædificari cæpta eſt, nihilominus hic articulus Grimbaldum publico diſſidio Oxoniæ cauſam præbuiſſe refert, quod anno 886. erupit: cum ante tres annos cæpta paulatim creverat; anno ſcilicet uno ante conditam Univerſitatem, biennio autem ante Grimbaldi ad-

1 *Vid. Harpsfeld. Eccl. Hiſt. p.* 161.

libus Wintonienſibus, fundata eſt Academia.

Nec *mirum videtur* nec *ſecum pugnat*, *Grimbaldum ita vehementi &c.* licet enim *cum tanta petulantia exceptus ſit*, [*Ibid.*] illi tamen ſperare fas erat, ſemet aliquando, favente rege, tumultus illos componere potuiſſe, præſertim, cum *per tres annos fuit occultum tantum odium.*

Objectationi de binis Aſſeriis [§. 38.] non eſt ut hic loci reſponſitarem: quod ſi duo fuerunt, poſterior eorum proculdubio fuit auctor Annalium. Lectorem refero ad ea quæ de Vita Aſſerii in hoc libro ſcripſimus, & ad p. 147, & ad nuperum D. Spelmanni [1] cultorem.

---

ventum. Interim mirum videtur, imo ſecum pugnat, hunc Grimbaldum ita vehementi, & præpropero in Oxoniam ſtudio flagraſſe, ut S. Petri ædem ibi curaret extruendam *de ſaxo ſumma cura perpolito* (quod articulus iſte eum feciſſe aſſeverat) ubi recens hoſpes tanta cum petulantia tantoque contemptu exceptus ſit; ubi tantis odiis atque invidia tam atrociter agitatus, ut intra triennium Academiam abdicare, ſeque Wintoniam conferre adigeretur.

§. 38. Quod autem hujus loci interpolatori animos addidit, eumque in errorem ſeduxit, hoc eſſe opinor. Aſſerii Menevenſis commentarii de vita & rebus geſtis Ælfredi, deſinunt in Ælfredi mortem, quæ anno 900. obtigit. Gemini vero fuerint Aſſerii, quorum recentior (ſub Edvardo ſeniore pariter Epiſcopus) ad annum, credo, 909. ætatem protraxerit. Jam hujus gloſſematis inventor, utriſque his Aſſeriis in unum confuſis cum ſibi perſuaſiſſet Aſſerium Menevenſem ad annum 909. advixiſſe; non dubitavit quin omnia narrantem induceret, quæ quoquo Regis Ælfredi anno contigiſſent. Cum revera Aſſerius Menevenſis, Regi adhuc ſuperſtiti, commentarios nuncupavit; & eodem longe prior è vivis exceſſit: poſtea vero H. Huntingtonus, aut quis alius ex eo, ſupplementum illud de Ælfredi morte (quæ in annum 900. incidit) Aſſerianis commentariis attexuit. Idque certo colligimus tum ex peroratione ex ipſo H. Huntingtonio deſumpta, tum ex ejuſdem carminibus ad calcem Aſſerianæ Hiſtoriæ ſubjectis, ex ejus nomine ad oras codicis appoſito, denique ex Hydenſis Abbatiæ libro apud D. Ch. *H.

1 *Cl. Geor. Smith App. ad Bed. Hiſt. Eccleſ. Angl. p.* 737.

* Dom. Chriſtoph. Hatton.

Admi-

Admiratur, insuper, Ælfredum, postquam opus tanta cum animi incitatione & alacritate instituerat, illud paucis *nullius momenti* scholaribus obstari & impediri patienter tulisse: [§. 39.] sed mirandum non est principem tam suavem, tam benignum, tam eximium denique literarum & literatorum omnium fautorem scholaribus aliquid dure aut immisericorditer facere noluisse, præcipue quum [1] *hortatus est, ut mutuam inter se conjunctionem & concordiam tuerentur.--- & discessit hoc animo, quosque ex utraque parte consilio suo esse obtemperaturos.*

Sed *ubinam gentium veteres illi scholastici agerent Ælfredo regnum jam auspicante &c.* [§. 41.] Dicit

§. 39. Præterea si circumstantias alias jam comparentes inter se conferamus, quomodo verisimile arbitremur, Ælfredum, Principem, qui collapsas in patria literas tam graviter ferret, quique tam miris modis eas instaurandas susceperat, pati voluisse tanto atque tam vehementer ab se expetito operi fraudem fieri jurgiis paucorum scholasticorum, nullius sane momenti? Deinde domo profectum ipsum Oxoniam usque litibus iis componendis, rem adhuc adeo indecisam reliquisse; ut ipsius professores (longe quidem arcessiti & magno negotio adducti) obscuriorum scholasticorum tædio (cœpto jam ab iis commisso opere) desistere compellerentur? certe parum conveniebat hoc cæteræ Regis dignitati atque disciplinæ; qui, quamvis animo alias leni, tamen acer & rigidus eorum exactor fuit, quæ bene consulta semel constituerat.

§. 40. Neque vero Johannes Rossus (quem Apologia multum celebrat) huic commento dissidii inter Grimbaldum & Oxonienses orti quicquam ponderis adjicit; prout enim istic citatur, narrat, quam mirum in modum literæ à Grimbaldo restitutæ in his terris floruerint: (Quod tamen si formulæ docendi, quas ipse instituerat, rejectæ fuissent, præsertim tam cito, ab ipso fieri certe non potuit) postea vero *in sua senili ætate* (dicit Rossus) studio relicto adiit Wintoniam: reliquit is quidem Academiam, seque Wintoniam contulit; nullo tamen dissidio permotus, sed quia grandis ævi factus esset; quod opinor anno, ab adventu altero haud contigit, vixit enim annos . . . obiit autem anno 903. 8. id. Jul.

§. 41. Verum ulterius sciscitemur, ubinam gentium veteres illi scholastici agerent, Ælfredo regnum jam auspicante; qui cum tam

1 *Annal. p.* 53.

rex pauciſſimos fuiſſe [1] *cis Humbrum*, qui artes liberaliores vel leviter deguſtarunt, immo *tam paucos, ut vix unum recordari potuit ex auſtrali parte Thameſis*: nonnullos tamen forte fuiſſe licet conjicere, quamvis regi nondum innotuerunt, *cum regnare occeperat*, viz. xv annos ante diſcordiam ortam. Præterea rex memorat ſolum *Auſtralem Thameſis partem*, quandoquidem Oxonium à Boreali parte ſitum obtinet, illumque in Mercia, ubi haud paululum doctrinæ reliquiarum ſuperavit; cum omnes illi eruditi, quos in Anglia Regem inveniſſe, & honoribus inſigniviſſe narrat Aſſerius, ſcilicet Plegmundus, Werefrithus, Werwulphus, & Æthelſtanus, ex Mercia accerſiti ſint; hos laudat tanquam [2] *quædam luminaria*; neque ſane inferiores fuiſſe videntur Grimbaldo & Joanni, qui ejus ſæculi inter ornamenta numerantur: & alii proculdubio tunc extiterunt minoris notæ ob doctrinam, qui etiamſi primas in palæſtra literata non agerent, nonnihil tamen operis in Academia ſtabilienda con-

---

parati eſſent in veteribus Univerſitatis putatitiæ inſtitutis tuendis, Regi non præſto eſſent, neque operam ſuam deferrent, cum doctorum virorum inopia foras tum deſpicere neceſſe haberet. Scholaſticos (ſi qui fuerint) quod attinet, præterquam quod nulla ex parte eorum auxilii facta ſit mentio, doctrina admodum exigua præditos fuiſſe comperimus: cum Rex ipſe nos edoceat quod ſub initia Regni ſui *perpauci cis Humbrum fuerint, qui Latinam epiſtolam vernacule ſcirent reddere.*

§. 42. Adeo arduum eſſet negotium omnibus occurrere, quæ ſuſpecto articulo poſſint objici, omniaque male in eo cohærentia conciliare; ut ſi jam extaret codex aliquis MS. licet vetuſtus, qui autoritatis ſpeciem ei adſtruerit, ad iſtius tamen MS. fidem conciliandam alio adhuc opus foret, qui ſuſpecti articuli exiſtimationis jacturam ſarciret. Quando igitur autores, quibus Camdenus in hac cauſa propugnanda innititur, ad examen revocati, tam fragiles

1 *Ælfred. Præf. ad Greg. Paſt.* p. 87. 2 *Annal.* p. 46.

ferre

ferre poſſent; ac convenit omnino in Alfredi regis ſolitam prudentiam, eos ita cum extraneis commiſcere, ut æmulatio nobilis, quæ ſemper alit in literis profectus firmiores, exerceretur.

III. Operæ pretium duxit Cl.[1] Auctor *Originum Britannicarum* vehementius in hanc pericopen invehi, tanquam veritati Chronologicæ penitus adverſantem: *Iſte autem locus* (inquit) *in editione Aſſerii Camdeniana magis ad rem ſpectat, nempe* S. Germanum per ſex menſes Oxonii commoratum eſſe, necnon præſcriptiones à Gilda, Melkino, Nennio & Kentigerno inſtitutas comprobaſſe. *Quas de hoc loco lites & jurgia moverunt eruditi, probe ſcio. Equidem non eſt ut Archiepiſcopi Parkeri integritatem in editione ſua ad exemplar vetuſtum (ubi deſideratur locus) conformanda, in dubium vocarem: neque de Camdeni fide ſuſpicabor, cum diverſum codicem edendum curaret; mallem ſane illum rationem reddidiſſe inſerendi Pericopen iſtam in altera Aſſerii editione, & aperto retuliſſe unde exſcripta fuerit, & quamnam etiam ob cauſam Codex*

---

maleque firmi deprehendantur: haud poſſumus iis, quæ his autoribus tradit, tantum tribuere, quantum eramus daturi iis, quæ è judicio vel opinione ſua traderet.

But that paſſage in the Copy of Aſſerius **printed by Camden is more material', viz.** That St German ſtaid half a year in Oxford, and approved the orders MADE by Gildas, Melkin, Nennius and Kentigern; **I know what heats have been about this paſſage among very learned men. For my part, I ſee no cauſe to miſtruſt the ſincerity of Archbiſhop Parker in the edition of his very ancient Copy, where this Paſſage was not to be found; And I do not queſtion Camden's fidelity in publiſhing** Aſſerius **out of ſome other Copy; But it had been fair to have given an account, where he had it, and for what reaſons he inſerted it in another edition of** Aſſerius; **and why**

1 *Stillingfl. Orig. Britan. p.* 207.

Savi-

Savilianus ipsi præ cæteris arriserit: verum admiror tot viros doctos non observasse, quantum huic loco repugnant Historiæ istius ætatis. Omnes enim isti supra memorati diu post S. Germanum floruere; id quod facillime, si res postularet, probari possit.

Ad hæc respondet doctus [1] quidam Oxoniensis. *Ista exceptio facile submovebitur, si concedamus, quod quidem prompte concedimus, veteres illos scholasticos male subductis Chronologiæ calculis antiquitatem veritati parum congruam sibi ipsis arrogaße, arrepta hinc jura sua tuendi contra novos hospites & advenas occasione, arrogaverint tamen; neque enim novum est ficta authoritate premi adversarios, præsertim controversiis, in quibus veritas non adeo facile dignoscitur, incalescentibus ---*

Sed non video, quur tantum concederemus. Ni enim fallor, huic præsertim fundamento innititur objectationis vis, quod erravit adversarius in reddendo sensu vocis SANCITA, quam Anglice **Made** (i.e. *facta* vel *instituta*) sonare voluit. Equidem per illam opinor magis intelligi *stabilita, confirmata* & quodammodo per eorum approbationem [2] *consecrata*. Adeo ut hæc verior videtur interpretatio; nimirum *Ordines & instituta*

---

he preferred the Savilian Copy before the other. But I cannot but wonder that these learned men have taken no more notice of the inconsistency of this Passage with the History of those times. For these Persons all lived a considerable time after St German, **as it were easy to prove, if it were worth the pains.**

1 *Cl. Th. Smith. Præf. ad Camdeni Epist.* 2 SANCIT. *Confirmat, sancta esse facit.* Servius in Æn. 12. SANCIRE *proprie est Sanctum aliquid, id est, consecratum facere.* Id. ibid. *Sic Fidem sancire, Fide sancire, Fœdera sancire, Præcepta sancire &c. Regnum ab Antonio Herodi datum victor Augustus sanxit.* Tacitus.

tuta loci comprobasse certos aliquos pios & doctos viros, è quorum numero fuere Gildas, Melkinus, &c. immo & ipse D. Germanus &c. Non tantum ideo non miror viros doctos hanc incongruitatem minus animadvertisse; sed magis inde persuasum habeo, illos idem prorsus de intentione hujus clausulæ mecum sensisse. Fieri enim fere nequit homines, vel leviter in rebus Historicis versatos errorem tantum haud antea perstrinxisse; atqui illis, qui forsan rei negligentius incubuerant, facem prætulit [1] Twynus; quippe qui minime veritus est ipsum tempus notare, quo vixerunt Gildas & S. Germanus; nec ei religio est, hunc illi centum & quadraginta annos ætate priorem fuisse prædicare. Porro neutiquam obliviscendum nullum melioris ordinis Auctorem (excepto Cl. Smith) [2] qui post Stillingfletum scripsit, ob hanc rationem locum carbone notasse, vel contra eum exarsisse, plusquam *Docti Viri* qui Cl. Præsuli antecesserunt.

IV. Inducit alium *obicem Cl. Tyrrellus, quem ut transeat optat, viz. Quo pacto evenire potuit, ut Gildas & Nennius Oxonii literis operam dederint, cum posterior horum ne nasceretur quidem nisi ad finem hujus sæculi* [886,] *vel principium sequentis* [901,] *multo minus vero prior, cum Pagani Saxones istas tunc temporis Angliæ partes sub ditione tenerent.*

I confess there is one Objection, which I wish I could answer; And that is, how Gildas and Nennius could study at Oxford, when the latter was not so much as born till about the conclusion of this [886,] or beginning of the following Century [901,] and much less the former; when even by the best accounts of those times, the Pagan Saxons were Masters of that part of England. *Tyrrel Hist. of Engl. vol. 1. p. 290.*

1 *Apol. Ant. Oxon p.145,146.* 2 *Vid. Tyrrel, Collier, &c.*

In

In his plus multo, quam quod teſtimonia à ſe ipſo allata valeant, probare contendit Auctor. Nam (ſi mentem ipſius recte aſſequor) affirmat Nennium *ne natum quidem niſi ad finem noni ſæculi vel ad initium decimi*: attamen hæc ipſa auctoritas, ſi vera foret, abunde docet Nennium floruiſſe ac ſcripſiſſe A. D. 856. [*v. Tyrrel. Hiſt. Angl. p.* 137.] revera autem nulla huic auctoritati adhibenda fides, quæ ſoli innititur *Nennii Præfationi ad Hiſtoriam* ex editione Cl. Galei.

Merito dubitari poteſt, an Hiſtoria ipſa genuina ſit, & Nennium verum auctorem agnoſcat, necne; ſi pro vera & legitima ſumenda ſit, idem forſan de *Apologia* aut ſecunda *Præfatione* dici poteſt: in priori autem *Præfatione* grandes falſitatis deteguntur maculæ. Dicit enim (ut mittamus ejus ſtylum, utpote turgidum, inanem, & cum ſecunda *Præfatione* atque *Hiſtoria* parum convenientem) Nennium ſcripſiſſe An. 858, *Mervini Regis* 24. [1] Duorum autem Mervinorum alter occubuit circa A. D. 843; alter regnare non incepit ante A. D. 885. Adeo & fallacem indicat *Præfationem* ipſa Hiſtoria, quæ tradit *à Chriſti incarnatione annos eſſe* 832.

Docti fere omnes (exceptis paucis fide Galei codicis pendentibus) tempus quo floruit, ad A.D. 620 ſtatuerunt; quibuſcum conſentit etiam [2] Cl. Editor, cujus in hac re judicio ut plurimum tribuendum; & quidem mihi argumento eſt, illum *Præfationem* hanc fictitiam credidiſſe.

Haud me capit ipſius ratiocinatio, cum dicat *priorem* [Gildam] natum ſcilicet A. D. 497,

1 *Vid. Nicolſon.* Engl. Hiſt. Libr. *p.* 33. 2 *Vid. Gale. Præf. ad XV Script.*

multo

multo minus in primæva Universitate studere potuisse quam Nennium [qui vix ante tempus novæ institutionis, sub *finem noni sæculi* ortum habuit.] Hoc missum faciamus. Esto igitur, Saxones Paganos in istis Angliæ partibus principatum tunc temporis obtinuisse, Gildas nihilominus ibidem se legendo exercere, atque in Britannos scribendo invehi potuisset: observat enim [1] Vir doctissimus tali scribendi modo usum fuisse Gildam, quasi mercede conductus foret ab eorum hostibus, ut conterraneos suos, probris & convitiis laceraret. Parum autem constat Saxones hujus Angliæ partis tum dominos fuisse. Prælia cum Britannis juxta [2] **Banbury** commiscuerunt A. D. 556; sub sua potestate [3] **Ailesbury, Benson,** & **Ensham** redegerunt A. D. 571, oppida scilicet Oxoniæ ex omni parte circumjecta: nihil ergo verisimilius est ipsam Oxoniam circiter idem tempus Britannis abreptam fuisse; facile ergo credendum est Gildam illic *consenuisse* (natus est enim anno 497) priusquam illuc Saxones advenerant.

V. Nuper in lucem prodiit ad finem *Bedæ Historiæ Ecclesiasticæ* opera doctissimi [4] Cantabri-

Oxonienses vero adversariis *Asserium* nihil de *Oxoniis* locutum prædicantibus objiciunt clausulam quandam in Codice illo *Asserii* à *Camdeno* edito, in quo legitur exortam esse pessimam ac teterrimam *Oxoniæ* discordiam inter *Grimbaldum* doctissimosque illos viros quos secum adduxit, & veteres scholasticos quos ibidem invenisset: qui leges & legendi formulas à *Grimbaldo* institutas amplecti recusabant, & retinebant mordicus eas olim à *Gilda*, *Melkino*, *Nennio*, *Kentigerno* & aliis SANCITAS, & POSTEA à D. *Germano* comprobatas. Hinc liquere asserunt, *Aluredum* scholas *Oxonii* instituisse, nec tamen primitus, sed potius restituisse ex testimonio *Asserii*.

1 *Cl. Nicolson* **Engl. Hist. Libr.** *p.* 28. 2 *Saxon. Annal.* 3 *Id.* 4 *Cl. Geor. Smith.*

giensis integra fere in hanc periodum Dissertatio; cui ut aliquid responsi feram, expectant forte lectores. Quoniam autem Vir acutus & diligens ultra limites instituti nostri nonnihil transgressus est, ideo eum per totam dissertationem sectari non operis est nostri. Et quoniam

---

Sed pace horum doctissimorum virorum merito videtur dubitari, an ista clausula ab *Asserio* ipso fuerit conscripta, an potius à nupero aliquo falsario mala fide assuta. In universis enim optimæ fidei manuscriptis exemplaribus tota hæc historia de *Oxoniensium* dissidio non invenitur; neque tantum in eo codice, quo usus Reverendissimus *Matthæus Cantuariensis*, sed & in iis omnibus quos vidit *Lelandus*: siquidem ille testatur *Asserium* non nisi tecte, suppresso ejus nomine, de *Vado Isidis* scripsisse & disertis verbis affirmat eum nec *Græcoladæ*, nec *Lecheladæ* nec *Latheladæ vocabulorum mere* Saxonicorum, *ut neque transmigrationis meminisse, ne per umbram quidem*. Si vero *Asserius* de discordia illa, de veteribus scholasticis, & de *Gilda* ceterisque aliquod locutus esset, transmigrationis certe per umbram saltem meminisset. *Gildas* enim & reliqui qui ab hoc *Pseudo-Asserio* memorantur, si ipsis *Oxoniensibus Græcoladensium* scholam ad *Theodori* usque tempora floruisse dicentibus fides ulla adhibenda est, isti scholæ multo prius, quam ficta transmigratio fieri potuisset, leges vivendi & disciplinam dabant. Desideratur denique hic paragraphus ex exemplaribus istis bene multis, quæ Antiquarius *Oxoniensis* consuluisse se scribit. Credi enim vix potest, ut tam strenuus illius Academiæ vindex, quod ad augendam firmandamque *Camdeniani* codicis fidem adeo pertinet, sciens omisisset, si in suis codicibus hanc clausulam invenisset. Et plane incredibile est antiquiores Historicos illos *Æthelweardum, Ingulphum, Marianum Scottum, Florentium Vuigorniensem, W. Malmsburiensem*, reliquosque per 400 & amplius annos ab *Asserio* restitutionem scholarum *Oxoniensium* per *Aluredum*, aut hanc discordiam universos per omnia sæcula penitus tacere voluisse, si in exemplaribus *Asserii* istiusmodi paragraphum legissent. Ex quibus colligitur ad veritatem quamproxime accedere, nusquam extitisse exemplar aliud, in quo hæc clausula reperiatur, quam illud cujus *Cl. Camdenus* mentionem fecerit: clausulamque ipsam à *Falsario* quodam *Oxoniensi* forsan insertam esse.

Porro antequam dissidii mentionem fecisset *Asserius*, si justæ historiæ conscribendæ ratio habita fuisset, eum necessario oportebat *Oxoniensis* Academiæ ejusque celebris sive institutionis sive restitutionis meminisse. [V. p. 149.] Quod autem ad scholas *Oxonienses* attinet, nihil de iis apud *Asserium*, ne tecte quidem habetur, quicquid secus dicat *Lelandus*, siquidem schola in qua *Aluredus Ethelweardum* filium natu minorem cum omnibus pæne totius

potius

potius duxit plerumque aliorum telis contendere; vererer ne lectori nauſeam incuterem, ea ſi omnia ad examen revocarem: aſt ad omnes provoco, recte an ſecus cum doctiſſimo viro agatur; cum totam ejus diſſertationem ad imum noſtræ paginæ typis iterum evulgem, hic illic notulis adjunctis, quæ locum indigitabunt, ubi

---

regionis infantibus in liberalibus artibus enutriri curavit, intra *Palatii* ſeu Aulæ Regiæ parietes circumſcripta eſt, ut liquet ex ipſius *Aſſerii* narratione, qui ſcribit filios nobilium in Regali familia fuiſſe nutritos. Atque huic ſcholæ, non *Oxonienſi*, quotannis octavam partem annuorum redituum *Aluredus* deſtinavit, ex mente *Aſſerii* & antiquorum omnium hiſtoricorum qui *Aſſerium* explicant.

Si igitur concedent *Oxonienſes Menevenſem* non imperitiſſime, non inſulſiſſime ſcripſiſſe, eumque ne dicam optime, ſed mediocriter ſolum noviſſe, quod conſequitur, cum antecedentibus connectere, neceſſe eſt fateantur clauſulam hanc, non ab *Aſſerio* ſcriptam eſſe, ſed ab *Oxonienſi* aliquo hiſtoriæ ejus imprudenter aſſutam, qui dum ſcholam ab *Aſſerio* memoratam ſtulte *Oxonienſem* credit in errorem lepidiſſimum eſt inductus.

